Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

C 13

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 6
Plúteo 4

Universidad de Deusto Biblioteca

ΩΡΟΥ Α-

ΠΌΛΛΩΝΟΣ ΝΕΙΛΏΟΥ
ἱερογλυφικά.

ORI APOLLINIS NILIACI, DE SACRIS

notis & sculpturis libri duo, vbi ad fidem vetusti codicis manu scripti restituta sunt loca permulta, corrupta ante ac deplorata.

Quibus accessit uersio recens, per Io. Mercerum Vticēsem concinnata, & obseruationes non infrugiferæ.

PARISIIS
Apud Iacobum Keruer, via Iacobæa, sub duobus Gallis.
M. D. LI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ΕἸΣ ὯΡΟΝ ἈΠΌΛΛΩΝΑ
τετράστιχον.

Νειλιακοῦ ποθέεις τελέως μυστήρια γνῶναι
λαοῦ, καὶ ἱερὰς, ὦ νέε, ζωγραφίας;
Δεῦρο ἴθ᾽ ἄπου, βίβλον σπουδαίως τήνδε μετέρχου,
ἐντεῦθεν χρησμοὺς μάνθανε θεσπεσίους.

TETRASTICHON IN ORVM Apollinem.

Vis Phariæ gentis, lector, ſimulacra doceri,
Vnde arcana licet plurima colligere?
Hunc lege ſcriptorem, dabit hic oracula mira,
Vtpote qui præfert nomen, Apollo, ſacrum.

ALIVD QVOD AD Græcum propius accedit.

Vis Phariæ gentis plenè myſteria noſſe
Lector, & arcanis ſcripta notata modis?
Huc age, perlegito hunc attenta mente libellũ:
Hinc oracla tibi diſcere ſacra licet.

IN ORI COMMENDATIOnem, Ioannis Caruini ad Lectorem, ἑνδεκάστιχον ἑνδεκασύλλαβον.

Si te ſacra iuuant, amice lector,
Ægypti monumenta, cerne quæſo,
Orus quæ tibi nunc refert Apollo.
Nam ſacris aperit notis, docétque,
Summus quis deus orbis autor huius,
Phœbi, quæ'ue ſoror, Cypríque diua,
Mars atrox, hominum cruore lætus,
Et diuum pia iuſſa ferre promptus,
Tellus vt medio librata mundi
Centro: proxima, pontus, ignis, aër,
Et quæcunque cauo geruntur orbe.

EIVSDEM AD IO. MERCERVM Tetraſtichum.

Palladis atque Iouis dulci te nectare potũ
Credo: quippe ſacris nocte diéque vacas.
Sacra doces, ſcribis, legis, aſsiduè meditaris.
Iure igitur ſacro nomine dignus eris.

IO. MERCERI AD EVNDEM.

Neſcio quod tibi me conſtanti fœdere iungit
Sidus, & æterna nectit amicitia.
Ætatis teneræ primus veſtigia rexti,
Nunc etiam ex te vir pendeo ſollicitus.
Ergo ſacri ſi quid meditari aut ſcribere poſſũ,
Hæc accepta tibi à cunctipotente, refer.

Universidad de Deusto Biblioteca

OBSERVANDO IN Christo patri, Ioanni Sangelasio, viro & eruditione, & morum integritate celebratissimo, dignissimo Vticensiũ Episcopo, Io. Mercerus S. D. P.

CVM nunquam non, lectissime Præsul, mihi à teneris, quod aiunt, vnguiculis, quodã naturæ instinctu persuasissem, eorúmq; sentẽtiæ obfirmato animo insistendũ duxissem, qui virtute & humanitate prẽstãtius nihil in hac vita parari posse tradiderunt: hinc factum est, vt omni via & conatu ad ea semper studia cõtenderim, quæ harum rerum facultatem hominibus suppeditant. Quis enim est, qui vulga-

tissimũ illum & celeberrimũ apud Græcos prouerbialem versiculum ignoret: βακτηρία γάρ ἐστι παιδεία βίου? vt interim tot tantorúmque autorum passim obuia mittam testimonia, quibus pleni libri sunt, plenæ sapientum voces, plena denique vniuersa vetustas. Atque haud scio, an his reipub. administratio carere possit studiis. Quod tametsi ex permultis quæ à Platone scripta sunt, & ab aliis philosophiæ humanitatísq; magistris, abundè firmari queat, apertissimè certè Hebræorum quidam ostendisse videtur his verbis, quæ sua natiuáq; lingua ascribere (quòd ea te in primis oblectari, ínque ea à multis annis non segniter esse versatum intelligam) non horrui, על שלשה דברים העולם עומד על התורה ועל העבודה ועל גמלת חסדים: vbi inter ea

quibus mundũ subsistere dicit, & legis, quæ vtique harum literarum præsidio maximè fulcitur, cognitionem cõmemorat. Neque sanè procul à scopo abfuisse videntur ij, qui Stoicam coluere philosophiam, cũ absolutissimum, precipuum, atque adeò solum bonum esse virtutẽ constanter asseruerunt. Qua de re extat apud Græcos pulcherrimum epigramma.

Ὦ στοϊκῶν μύθων εἰδήμονες, ὦ πανάριστα
δόγματα ταῖς ἱεραῖς ἐνθέμενοι σελίσιν,
τὰν ἀρετὰν, ψυχᾶς ἀγαθὸν μόνον· ἅδε γὰρ ἀνδρῶν
μούνα καὶ βίοτον ῥύσατο, καὶ πόλιας.
Σαρκὸς δ' ἡδυπάθημα φίλον τέλος, ἀνδράσιν ἄλλοις
Ἡ μία τῶν μνήμης ἤνυσε θυγατέρων.

Quod nos ita utcunque uertimus.

O quorum studiis infixa est Stoica secta,
Indentes libris dogmata mira sacris:
vtpote sola bonum mentis, quòd splendida uirtus
Sit, quæ uitam hominum seruat & una fouet.
Ast aliis ut sit finis iucunda uoluptas,
Natarum in causa est unica Mnemosynes.

Huius itaque nomine, cùm nullum non & animo & corpore subeundum laborem existimarem, Lutetiam ab initio, omnium bonorum studiorum parẽtem fœcundissimã adire visum est. Vbi cũ per aliquot annos humanitati planè animũ adiunxissem, indéq; velut è medio cursu à parentibus (vt solent liberos ad artes questuarias, & vt ille dicit, πρὸς τὰ ἄλφιτα facientes, omni ope reuocare) abreptus, legitimæ scientiæ Auenione ac Tolosæ aliquandiu attendissem: ecce de integro me & certè ἀπροσδοκήτως benignissima parens reuocat, quasi & legum facultas illic esset absoluenda, vbi cæteræ disciplinæ longè sunt absolutissimæ. Lutetiam itaque redij, nescio an magis, vt quicquid ex prudentum responsis accepissem, audiendis in amplis-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſimo totius Europę ſenatu cauſis roborarem, an verò vt me velut recoquendum traderem, animúmque iã fatiſcentem, manſuetioribus muſis reficerẽ. Hîc cùm in Orum Apollinem vetuſtiſsimum ſanè autorem incidiſſem, Deus bone, quàm reconditam in eo doctrinam, quãtam ad myſteria plurima pernoſcenda feneſtram patefactam deprehendi: quid non ſyncerioris occultiorísque philoſophiæ? Quem quidem autorem dum attentiſsimè perlegerem, ſæpe mihi in mentem venit, nõ de nihilo eſſe, quòd Plato, Pythagoras, aliíq; eminentiſsimi viri, AEgyptum ſibi perluſtrandam duxiſſent. Enimuero quãta in eius autoris lectione voluptas oboriebatur, tanta altera ex parte ſeſe offerebat difficultas, quòd multa perſpicerem loca mutila, & quæ vix citra vetuſtiſsimi exemplaris copiam poſſent reſtitui. Taceo ꝙ à Bernardino quodam Vincentino multa non ſatis feliciter verſa ſunt, pleraque etiam prætermiſſa, quod fortè codici in quem inciderat, aſcribẽdum fuerit. Itaque cùm autorem hunc, vt quàm commodiſsima dictione verterẽ, ſcholíiſque, ſi res poſtularet, illuſtrarem, à quibuſdam eſſem rogatus, id quidem mei amantiſsimis, & quibus me plurimũ debere fateor hominibus negare non potui. Cæterùm cùm quicquid eſt à me in hac re laboratum, diſquirerem in cuius nomine euulgarẽ (neque enim obtrectatores defuturos, qui noſtrum hunc laborem, vt cętera ſolent, in peiorem partẽ raperent) vnus occurriſti, humaniſsime Præſul, qui totum hoc tibi prope tuo iu

re vẽdicare posses. At miraberis forsan, qua via in tuam nunc velut imprudẽs familiaritatem irrepam, qui forsan ne nomine quidẽ tibi notus sim, quóque pacto religionem sanctimoniámque tuam ausim ad hęc profana alioqui reuocare. Sed illud primum tibi, charissime Antistes, persuadeas velim, me cùm ex ciuiũ tuorum, hoc est Vticensium, numero sim, nihil nõ tibi vt integerrimo pastori debere, omnibus rebus tibi esse obstrictissimum. Rursus huc me tua nominis celebritas & splendor impulit, qui non his contentus studiis, quæ quis in præsule necessariò postulet, in penetralia etiam Gręcarum & Hebraicarum literarum tete abdere volueris. Testes ij sunt quos pro humanitate tua ab aliquot annis in tuo celeberrimo comi

tatu fouisti, & liberalissimè excepisti. De tua porro in nostrates omnes beneuolẽtia, nihil est quod hoc loco fusiùs agam. Huc accedit, ꝙ & quosdam ex genere nostro, arctissimo nimirum mihi propinquitatis gradu coniunctos, ad amplissimos in tua ciuitate regẽda honores promouisti. Quæ omnia me nunc vel inuitum impellunt, vt & Orum ipsum αὐτόγραφον, multo tamẽ quàm antea emendatiorem, & eundem à nobis latinitate donatũ, scholiísq; illustratum tuæ consecrem humanitati. Quæ si quo à me offeruntur animo exceperis, quod equidẽ (quę tua est in omne literarum & studiosorum hominũ genus humanitas) te nõ dubito facturum: me primum tibi planè deuincies, deinde & ad maiora posthac molienda animum

Universidad de Deusto Biblioteca

addes. Quanquam his quid maius esse potest, quæ ex intimis & ipsissimis, vt ita dicam, naturalis moralisque philosophiæ fontibus, quin & plerunque ex mathesεων axiomatis & scitis sumpta sunt? Hoc ergo quale quale est, tibi totum offero, sub tua fide & clientela colloco, vt me qui tuam, quemadmodum noster loquitur Proculus, maiestatem comiter obseruo, nostrúmq; Orum ab omni malignorũ hominũ rabie vindices ac tuearis. Generosum autẽ animum tuum, & sublime istud honoris fastigiũ, omnẽ deniq; rerũ tuarum statum bene fortunet Deus Opt. Max. ϗ ὄλβια δοίη. Bene vale dignissime Præsul, & munusculum nostrum candido animo suscipe. Lutetiæ Parisiorum. 13. Cal. Maias. 1548.

l. nõ dubito. de capt. & postl. reuer.

AD LECTOREM.

Admonitum te velim, lector, in hac Ori editione pleraq; secus habere, quàm in prioribus: idque propter oblatum nobis à doctiss. & diligentiss. homine Guil. Morelio vetustum huius autoris exemplar manu scriptum. Ex quo in primo libro (qui in eo tantum, nec tamẽ totus descriptus erat) multa restituimus. Hoc tamen scito, vbi alia illic lectio occurrebat, iudicio adhibito nos eã secutos quæ potior videretur, adiecta interim margini vetusti codicis lectione, vbi nostra nõ displicebat. Illud insuper es admonendus in vetusto exemplari capitibus titulos non præponi, sed ad marginem adscribi. Quod cùm parui referret, morem iam hic receptũ, temere immutare noluimus. Quòd ergo iam castigatiorem Orum habeas, beneuole lector, venerandę vetustati tribuito, & nostrum hac in re, atque aliorum quorũ opera castigatior nunc prodit Orus Apollo, laborem boni consulito.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX COPIOSISSImus eorum quæ in Oro Apolline, aut aliarum rerum signa, aut signata reperiũtur.

Acerra cõflagrãs. 40
Accipiter 10.112.197
Accipitres duo 12
Acuti uisus homo 198
Adiantus herba 190
Adulatione deceptus 188
Aedificandi cupidus 206
Aegyptiæ literæ 158
Aegyptus 40
Aequinoctia. 32
Aeuum 2
Amens 78
Amor 123
Anguilla 200
Anemones flos 105
Anguis in cuius medio domus 86
Anguis caudam ori admouens in orbis figurã 84
Anguis uigilans 85
Anima 11
Anima hoĩs masculi. 98
Animus seu animi præstãtia, 34
Annus quomomodo designetur 5
Annus instans 7
Annus quot dies habeat. 22
Antiqua origo 48
Apertum ac patens 44
Apes 87
Aqua & ignis 64
Aquila 153.193
Aquilæ pullus 99
Armatus homo 109
Aruum 8
Aspectus 21
Astromyon 5
Atramentum 58
Auditus 69
Auditus acutus 165
Auersio 119
Auidus 107
Auris picta 120
B
Bai & baieth quid apud Aegyptios significent 11
Basiliscus 1

Belli acies 102
Boni uiri os 101
Bouinum caput 221
C
Cæcus homo 160
Cædis admissæ pœnas dans 209
Cælum & terra 38
Cælum ros fundens 56
Calamitates oblatas intrepidè ferens 169
Calamitatibus prioribus emendatus 214
Camelus 197
Cancer cum Ostreo 205
Canis 60.62
Canis auersus 119
Capita duo 42
Capite carens ambulãs. 83
Capra 165
Carabus & polypus. 207
Castor 162
Cauens sibi ab inimicorum insidijs 191
Ceruus 118,184
Ceruus cum tibicine 188
Cibum uomens 207
Cicada 152
Ciconia 156
Cognitio 75
Columba 82.145
Columba nigra 129
Commercium cum alienigenis habens 208
Conciliãdi sibi alios ui præditus 213
Concordia 102
Concubitus 51
Confugiens ad propriũ patronum, neque adiutus 148
Conyza 176
Continuè laborans 194
Continentia hominis 104
Cor 55
Cor supra acerram 40
Cor hominis faucibus appensum 101
Cornix 186
Cornices duæ. 13,14,137
Cornicis pulli 194
Coturnix 72
Coturnicis os 107
Cribrum 58
Crocodilus 92,94,177,178
Crocodili cauda 95
Crocodili oculi 93
Crocodili uespa. 121
Cucupha 79
Culicum copia 144
Custos domus 62,85

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cygnus 136
Cynocephalus 28,32
D
Debilis homo, lasciuiens tamen 149
Debilis homo qui alio persequente aufugit 142
Desponsata mulier 111
Deus 10,25,98,222
Digitus 103,110
Dimensio 110
Doctrina 56
Domi sese continens 161
Domum mactandis ouibus & capris exhauriens. 176
Drachmæ duæ 23
E
Eccori 15
Elephantis 181,182,183
Equa lupum calcans 142
Equi cadauer 141
Equus fluuiatilis 81
F
Faces 172
Facies sine oculis 22
Fatum 26,126
Febricitans 173
Felis aquaticus 207
Filius 76
Fistula 214
Facundus 92
Fœcundi hominis penis. 70
Folia 124
Formica 75,161
Formicarum discessus 131
Fortis simul & temperans 67.
Fullo 90
Fumus 113
Furens 92
Fusus 219
Futurum opus 120
G
Gratus animus 79
Grues 191,195
Gustus 49
H
Hieracion herba 16
Hippopotami 81,117
Hircus 70
Hirundinis natura & pictura 128
Homo inualidus, & qui aliorũ auxilio egeat. 130
Homo lapsus suos occultans 164
Homo mulieri iũctus. 204
Homo multos seruãs in mari 201
Homo nõ habẽs per se bilẽ, sed ab alio cõmotus 145
Homo

Homo peregrè nunquã profectus 41
Homo accusatus, & ideo ægrotans 158
Homo castigatus resipiscẽs. 174
Homo metuens 171
Homo saltatione gaudens 151.
Hominis status 106
Homo primũ rudis & informis editus 43,180
Homo qui ad iustam ætatẽ uixit 186
Homo qui utilia & inutilia malè cõsumpserit 202
Homo seipsum curans ex oraculi responso 143
Homo seipsum non curans 205.
Homo sibi ipsi damna dans 162
Homo suũ scelus tegens 187
Homo tardus in mouendis pedibus 197,199
Homo tutè urbem incolens 146
Honesti studiosus 112
Horoscopus 63
Hora 117
Horus 34
Humilitas 10
Hyæna 166,167,168, 169.
Hydria 38
I
Ibis Mercurio sacra 55
Ichneumon 130
Ignis & aqua 64
Igne castigatus 172
Igne combustus 159
Ignis fumo designatur 113
Imago umbilico tenus cum gladio depicta 116
Immundities 72
Imperans hominibus sui generis 203
Impietas 116
Impossibile 83
Impudens 199
Impudentia 74
Inexpertus 126
Ingratus & iniustus 81
Ingratus in promeritos 82
Inimico superior 168
Inimicus & infestus omnibus 200
Inimicus cum pari inimico congrediens 132
Insanus 92
Instabilis 166
Instauratio diuturna 154
B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intemperans 210
Interitus 73
Inundatio 52
Ira 28,135
Isis 5
Iudex 60,61
Iunco scribunt Aegyptij 58
Iuno 23
Ius æquũ oĩbꝰ reddens 215

L

Labor 221
Lampas ardens 220
Laqueus 123
Leæna 179
Leo 34,35,36,38,135, 172,173.
Lepus 44
Liber signatus 124
Liberi matri insidiãtes 157
Liberos dimittens ob paupertatem 196
Limes 22
Linea super lineam 127
Lineæ decemplanæ 127
Lingua supra oculum cruẽtum 45
Literæ 28
Longæuus 118
Lumbus hominis 106
Luna 28,91
Lunæ ortus 30
Lupus 119,170,171

M

Magistratus 60,61,108
Manus una arcum, altera scutum tenens 102
Manes 223
Manus hominis 216
Mars & Venus 12
Masculus 98
Mater 21,23. Mẽsis 6,91
Minerua 23
Misericors 22
Morbus 105
Mors 122,219
Mula 139
Mulier abortũ faciens 142
Mulier lactãs & bene nutriens 150
Mulier quæ infantes fœminas aut mares peperit 140
Mulier quæ uirũ odit 156
Mulier semel enixa 179
Mulier sterilis 139
Mulier uidua 129
Mulier uiri præstans opera 133
Mundus 17
Muræna piscis 208
Mus 73 Musa 126
Musca 74
Mustella 133

N

Natatio 28
Nefanda res & abominãda 65
Nili inundatio 38
Nox 98. Nun 36
Nuptiæ 14
Nycticorax 122

O

Obsidio 125. Occasus 94
Oculus 45,222
Onocephalus 41
Oppressus ab hostibus 170
Opus 114
Orbis terrarum 28
Origanum 131
Ortus 17,93
Os spinæ dorsi 106
Os 49,66
Ostrea 204,205
Otis & æquus 147

P

Pædicatio 192
Pallium sacrum ferens 62
Palma 5. Palũbus 143
Papyri fasciculus 48
Pardus 167,187
Passer & noctua 148
Passerculus pyrgites 212
Pater signatur Scarabæo 17
Pater 63
Patris amans 156
Patrimonium 128
Pedes compacti & fir. 100
Pedes hominis in aqua ob ambulantes 83
Pelicanus 78
Penis manu cõpressus 104
Perniciosus homo 134
Populus regi obsequens 87
Porcus 134. Præsagiũ 22
Præstãtia 10. Puritas 64

Q

Quarta anni pars 7
Quinarius numerus 25

R

Ramus 6. Rana 43
Rapax 92,128
Resipiscens 214
Rex custos 85
Rex fugiens insipiẽtiã. 182
Rex fugiens nugatorẽ 183
Rex orbis moderator 86, 88.
Risus 60. Robur 35
Robustus homo 181
Ros è cælo 56

S

Sacer scriba 58,60
Sacra ambres sacerdotũ Aegyptiorum liber 68
Sacris initiatus 152

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

Salamandra	152	Tauri auricula	69
Saltatione gaudens	151	Temperantiæ dubiæ hō.	175
Sanguis 10,121. Scala	125	Tempus 98 Tenebræ	95
Scarabæus	17,24,138	Terribilis	36
Scorpius & crocodilus	132	Tonitru	47
senex fame confectus	193	Torpedo piscis	201
senex musicus	136	Tumultus	109
Sepia	211	Turtur	150,151,209
Sepulturæ prospiciens	185	Tutela & præsidium	42
Sermo	45,124	V	
Serò rediēs ex peregrin.	54	Vates	50
Serpens dimidiatus	88	Vbæus quid significet	1
Serpens integer	89	Veneri addictus	212
Sideralis sciētiæ gnarus.	195	Venti 112. Vermes	144
Sidus 25 Silentium	47	Vescens homo	177
Simia	163,164	Vescēs profusius alienis	210
Sol dominus uisus	10	vespæ.	121.141
Sol & Luna æuū notant	2	vetustißimum	124
Solis ardor	138	Victoria 10. vigilās	35
Solis circulus & discus.	111	vindemia copiosa	189
Solis cursus	00	Vipera	157,184
Sothis 5. Splen	60	Vir 17.137. vita	220
Stabile ac tutum	107	Vltio 115. Vnigenitus	16
Stella	4,98.	Voluptas	50
Stomachus	163	vox remota	47
Struthiocamelus	215	Vpupa	189.190
Sublimitas	10	Vrsæ partus	180
T		vuæ esu offensus	190
Talpa	168	Vultur	21,24
Taurus	67,140		
Taurus ligatus	174,175		

FINIS.

ὩΡΟΥ ἈΠΌΛΛΩΝΟΣ *ΝΕΙΛΏΟΥ, Νειλιακοῦ

ἱερογλυφικὰ, ἃ ἐξήνεγκε μὲν αὐτὸς Αἰγυπτίᾳ φωνῇ, μετέφρασε δὲ Φίλιππος εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον.

ORI APOLLINIS NILIACI SAcræ sculpturæ, quas ipse quidem AEgyptio sermone prodidit, Philippus uerò lingua Græca donauit.

Πῶς αἰῶνα σημαίνουσι.

ΑΙΩ͂ΝΑ σημαίνοντες, ἥλιον καὶ σελήνην γράφουσι, διὰ τὸ αἰώνια εἶναι στοιχεῖα. Αἰῶνα δ' ἑτέρως γράψαι βουλόμενοι, ὄφιν ζωγραφοῦσιν ἔχοντα τὴν οὐρὰν ὑπὸ τὸ λοιπὸν σῶμα κρυπτομένην, ὃν

Universidad de Deusto Biblioteca

καλοῦσιν Αἰγύπτιοι οὐβαῖον, ὅ ἐστιν ἑλληνιστὶ βασιλίσκον· ὅνπερ χρυσοῦν ποιοῦντες, θεοῖς περιτιθέασιν. αἰῶνα δὲ λέγουσιν Αἰγύπτιοι διὰ τοῦδε τοῦ ζώου δηλοῦσθαι, ἐπειδὴ τριῶν γενῶν ὄφεων καθεστώτων, τὰ μὲν λοιπὰ θνητὰ ὑπάρχει, τοῦτο δὲ μόνον ἀθάνατον, ὃ καὶ προσφυσῆσαν ἑτέρῳ παντὶ ζώῳ, δίχα καὶ τοῦ δακεῖν ἀναιρεῖ· ὅθεν ἐπειδὴ δοκεῖ ζωῆς καὶ θανάτου κυριεύειν, διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν θεῶν ἐπιτιθέασι.

de basilisco Plin. lib. 8. cap. 22.

Quo pacto æuum significent.

Æuum innuentes, Solem ac Lunam pingũt, quòd hęc æterna sint, æuíque fluxum producentia elementa. Quin & aliter æuum pictura exprimere volentes, serpẽtem pingunt, cuius cauda reliquo inuoluatur ac tegatur corpore. Hũc Ægyptii quidem lingua sua Vbæum, Græci verò Basiliscum appellant. Eundem ex auro conflatum diis circumponunt. Cęterum hoc animali æuum significari propterea Ægyptii dicũt, quòd cùm tria sint serpentium genera, solũ hoc ex omnibus immortale est, cætera mortalia: vtpote cùm quoduis aliud animal solo afflatu etiã absq; vllo morsu serpens hic interimat. Vnde & quoniam vitæ necisq; potestatem habere videtur, meritò sanè deorum capitibus inseritur.

Πῶς κόσμον.

Κόσμον βουλόμενοι γράψαι, ὄφιν ζωγραφοῦσι τὴν ἑαυτοῦ ἐσθίοντα οὐρὰν, ἐστιγμένον φολίσι ποικίλαις, διὰ μὲν τῶν φολίδων αἰνιττόμενοι τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ ἀστέρας· βαρύτατον δὲ τὸ ζῶον, καθάπερ καὶ ἡ γῆ· λειότατον δὲ, ὥσπερ ὕδωρ· καθ᾽ ἕκαστον δὲ ἐνιαυτὸν τὸ γῆρας ἀφεὶς, ἀποδύεται· καθ᾽ ὃ καὶ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ ἐνιαύσιος χρόνος ἐναλλαγὴν ποιούμενος, νεάζει. τὸ δὲ ὡς τροφῇ χρῆσθαι τῷ ἑαυτοῦ σώματι, σημαίνει, τὸ πάντα ὅσα ἐκ τῆς θείας προνοίας ἐν τῷ κόσμῳ γεννᾶται, ταῦτα πάλιν καὶ τὴν μείωσιν εἰς αὐτὸν λαμβάνειν.

Quo pacto mundum.

Mundum exprimere volentes, serpẽtem pingũt qui suam ipsius caudam rodat, variis inter-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtinctum ſquamis: per ſquamas quidem ſtellas quibus cœlum mundúſue diſtinctus eſt, obſcurè innuentes. Cæterùm hoc animans non ſecus ac terra grauiſsimum eſt, læuiſsimũ autem ac maxime lubricum, in aquæ morem. Inſuper vt ſerpens quotannis pelle ſimulq; ſenio exuitur: ſic & annus vertẽs, qui mundi circumactu producitur, immutatione facta renouatur, ac velut reiuueneſcit. Quòd verò velut cibo ſuo vtatur corpore, ſignificat id, quęcunque Dei prouidentia in mundo gignuntur, ea rurſum in eundem reſolui, & tanquam imminutionem ſumere.

Πῶς ἐνιαυτόν.

Deeſt in veteri δὲ

Ἐνιαυτὸν * δὲ βουλόμενοι δηλῶσαι, ἶσιν τουτέστι γυναῖκα, ζωγραφοῦσιν· τῷ δὲ αὐτῷ, καὶ τὴν θεὸν σημαίνουσιν. ἶσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστιν ἀστὴρ,

αἰγυπτιστὶ καλούμενος σῶθις, ἑλληνιστὶ δὲ ἀστρομύων, ὃς καὶ δοκεῖ βασιλεύειν τῶν λοιπῶν ἀστέρων, ὁτὲ μὲν μείζων, ὁτὲ δὲ ἥσσων ἀνατέλλων· καὶ ὁτὲ μὲν λαμπρότερος, *ὁτὲ δὲ οὐχ' οὕτως. ἔτι δὲ καὶ διότι κατὰ τὴν τούτου τοῦ ἄστρου ἀνατολὴν, σημειούμεθα περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μελλόντων τελεῖσθαι· διόπερ οὐκ ἀλόγως τὸν ἐνιαυτὸν ἶσιν λέγουσιν. Καὶ ἑτέρως δὲ ἐνιαυτὸν γράφοντες, φοίνικα ζωγραφοῦσι, διὰ τὸ τὸ δένδρον τοῦτο μόνον τῶν ἄλλων κατὰ τὴν ἀνατολὴν τῆς σελήνης, μίαν βάϊν γεννᾷν, ὡς ἐν ταῖς δώδεκα *βάϊσιν ἐνιαυτὸν ἀπαρτίζεσθαι.

ἔσθ' ὅτε

βάεσιν

Quo modo annum.

Porrò annum demõſtrare volentes, Iſin, hoc eſt mulierem pingunt: quo etiam ſigno deam ſignificant. Eſt autem apud eos Iſis ſidus quod Ægyptio quidem nomine Sothis, Græco verò Aſtromyon dicitur, qui & inter reliqua ſidera principatum obtinere videtur: vt qui dum oritur, nunc maior ſit, nunc minor, interim ſplendidior, interim verò ſecùs. Inſuper & quoniam in huiuſce ſideris exortu, ea ſignis quibuſdam obſeruamus quæ toto anno peragẽda ſunt, propterea nõ ab re annum Iſin appellant. Aliter quoque annum indicantes, palmam pingunt, quod arbor hæc ſola ex omnibus ad ſingulos Lunæ ortus, ſingulos etiam ramos procreet, ita vt duodecim ramorum productione annus expleatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Πῶς μῆνα.

Μῆνα δὲ γράφοντες, βάϊν ζωγραφοῦσιν, ἢ σε-
λήνην ἐπεστραμμένην εἰς τὸ κάτω. βάϊν μὲν, τὸ προ-
ειρημένης ὑπὲρ τοῦ φοίνικος αἰτίας χάριν· σελήνην δὲ
ἐπεστραμμένην εἰς τὸ κάτω, ἐπειδή φασιν, ἐν τῇ ἀ-
νατολῇ πεντεκαίδεκα μοιρῶν ὑπάρχουσαν, πρὸς
τὸ ἄνω τοῖς κέρασιν ἐσχηματίσθαι· ἐν δὲ τῇ ἀποκρού-
σει, τὸν ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα ἡμερῶν πληρώσα-
σαν, εἰς τὸ κάτω τοῖς κέρασι νεύειν.

Quo modo mensem.

Mensem autem notantes, ramum pingunt, aut Lunam deorsum conuersam. Ramum quidem, ob causam iam in palma dictam: Lunam verò deorsum vergentem, ꝙ in ortu quidem dicant eam cum quindecim est partium, sursum

erectis cornibus apparere: at in occasu, triginta diebus cōpletis, cornua deorsum inflexa gerere.

Πῶς τὸ ἐνιστάμενον ἔτος.

Ἔτος τὸ ἐνιστάμενον γράφοντες. τέταρτον ἀρού-
ρας γράφουσιν. ἔστι δὲ μέτρον γῆς ἡ ἄρουρα, πηχῶν
ἑκατόν. βουλόμενοί τε ἔτος εἰπεῖν, τέταρτον λέγου-
σιν, ἐπειδή φασι κατὰ τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἄστρου τῆς
σώθεως, μέχρι τῆς ἄλλης ἀνατολῆς, τέταρτον ἡμέ-
ρας προστίθεσθαι, ὡς εἶναι τὸ ἔτος τοῦ θεοῦ, τριακο-
σίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν, ὅθεν καὶ διὰ τετραε-
τηρίδος περισσὴν ἡμέραν ἀριθμοῦσιν Αἰγύπτιοι·
τὰ γὰρ τέσσαρα τέταρτα ἡμέραν ἀπαρτίζει.

Quo modo instantem annum.

Instantem annum significantes, quartam arui

Universidad de Deusto Biblioteca

partem pingunt. Est autem ἄρουρα, vnde Latinis aruum dicitur, terrę mensura centum complectens cubitos. Itaq; annum volentes dicere, quartum dicũt, propterea quòd ab vno, vt tradunt, sideris cui Sothis nomen fecimus, ortu ad alterũ quarta sit interiecta diei pars. Enimuero dei Solis inquã, annus trecẽtis sexaginta quinq; diebus absoluitur: vnde & quarto quoq; anno superuacuum diem computant atq; intercalant Ægyptii. Quatuor siquidem diei quadrantes, diem perficiunt.

t quadrante ex supputatione Cęsaris.

Τί δηλοῦσιν ἱέρακα γράφοντες.

Θεὸν βουλόμενοι σημῆναι, ἢ ὕψος, ἢ ταπείνωσιν, ἢ ὑπεροχήν, ἢ αἷμα, ἢ νίκην, ἢ ἄρεα, ἢ ἀφροδίτην, ἱέρακα ζωγραφοῦσι. θεὸν μέν, διὰ τὸ πολύγονον εἶναι

τὸ ζῶον, καὶ πολυχρόνιον· ἔτι γε μήν, ἐπεὶ καὶ δοκεῖ εἴδωλον ἡλίου ὑπάρχειν παρὰ πάντα τὰ πετεινὰ πρὸς τὰς αὐτοῦ ἀκτῖνας ὀξυωπῶν, ἀφ' οὗ καὶ οἱ ἰατροὶ πρὸς ἴασιν ὀφθαλμῶν τῇ ἱερακίᾳ βοτάνῃ χρῶνται· ὅθεν καὶ τὸν ἥλιον ὡς κύριον ὄντα ὁράσεως, ἔσθ' ὅτε ἱερακόμορφον ζωγραφοῦσιν. Ὕψος δέ, ἐπεὶ τὰ μὲν ἕτερα ζῶα εἰς ὕψος πέτεσθαι προαιρούμενα, πλαγίως *φέρεται, ἀδυνατοῦντα κατ' εὐθὺ χωρεῖν· μόνος δὲ ἱέραξ εἰς ὕψος κατ' εὐθὺ πέτεται. Ταπείνωσιν δέ, ἐπεὶ τὰ ἕτερα ζῶα οὐ κατὰ κάθετον χωρεῖ πρὸς τοῦτο, πλαγίως δὲ καταφέρεται· ἱέραξ δὲ κατ' εὐθὺ ἐπὶ τὸ ταπεινὸν ῥέπεται. Ὑπεροχὴν δέ, ἐπειδὴ δοκεῖ πάντων τῶν πετεινῶν διαφέρειν. Αἷμα δέ, ἐπειδή *φασι τοῦτο τὸ ζῶον ὕδωρ μὴ πίνειν, ἀλλὰ αἷμα. Νίκην δέ, ἐπειδὴ δοκεῖ τοῦτο τὸ ζῶον, πᾶν νικᾶν πετεινόν. ἐπειδὰν γὰρ ὑπὸ ἰσχυροτέρου ζώου καταδυναστεύηται, τηνικαῦτα ἑαυτὸν ὑπτιάσας ἐν τῷ ἀέρι, ὡς τοὺς μὲν ὄνυχας αὐτοῦ ἐν τοῖς ἄνω σχηματίζεσθαι, τὰ δὲ πτερὰ καὶ τὰ ὀπίσθια εἰς τὸ κάτω, τὴν μάχην ποιεῖται. οὕτω γὰρ ἀντιμαχόμενον αὐτῷ ζῶον, τὸ αὐτὸ ποιῆσαι ἀδυνατοῦν, εἰς ἧτταν ἔρχεται. Ἔτι γε μὴν καὶ ἀντὶ ψυχῆς ὁ ἱέραξ τάσσεται, ἐκ τῆς τοῦ ὀνόματος ἑρμηνείας. καλεῖται γὰρ παρ' Αἰγυπτίοις ὁ ἱέραξ, βαιήθ· τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα διαιρεθὲν ψυχὴν σημαίνει καὶ καρδίαν. ἔστι γὰρ τὸ μὲν βαϊ ψυχή, τὸ δὲ ἠθ καρδία· ἡ δὲ καρδία κατ' Αἰγυπτίους, ψυχῆς περίβολος· ὥστε σημαίνειν τὴν σύνθεσιν τοῦ ὀνόματος, ψυχὴν ἐγκαρδίαν. ἀφ'

*περιγράφεται

*δοκεῖ

Plin. lib. 10. cap. 3

Universidad de Deusto Biblioteca

οὗ καὶ ὁ ἱέραξ διὰ τὸ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθεῖν, ὕδωρ οὐ πίνει τὸ καθόλου, ἀλλ' αἷμα, ᾧ καὶ ἡ ψυχὴ τρέφεται.

Quid accipitrem pingentes, innuant.

Deum cum volunt ſignificare, aut ſublimitatem, aut humilitatem, aut præſtantiam, aut ſanguinem, aut victoriam, accipitrem pingunt. Deum quidem, tum quòd fœcundũ ſit ac diuturnę vitę hoc animal, tum etiã quòd Solis pręter cęteras volucres ſimulacrum eſſe videatur, vtpote peculiari quadam atq; occulta naturę vi, intentiſsimis in eius radios oculis proſpiciens. Atq; hinc eſt, quòd medici ad ſananda oculorũ vitia, hieraceo herba vtuntur. Inde etiam fit, vt ſolem interdum, tãquam viſus auctorem ac dominum, accipitris forma pingãt. Sublimitatem verò, quoniam cum cætera quidem animantia, quoties in ſublime tolli volunt, obliquè ferantur, nec rectà ſurſum euehi poſsint, ſolus accipiter rectà in altum volat. Humilitatem porrò ſeu deiectionem, ꝙ eadem ratione cæterę animantes non perpendiculi modo, ſed velut ex tranſuerſo & flexuoſè deorſum ferantur, ſolus accipiter directò ad inferiora viam carpat. Præſtãtiam, quòd cæteris pręſtare videatur auibus. Sanguinem, quia animal hoc inquiũt nõ aquã, ſed ſanguinem bibere. Victoriam demum, quòd cætera volatilia vincere videatur. Cũ enim robuſtioris animantis potentia ſe videt opprimi,

tum ſeſe in aëre ita reſupinans, vt vngues quidẽ ſurſum, pennas verò ac poſteriores partes deorſum verſas habeat, cum idem auis quę cum eo congreditur efficere nequeat, ita facilè eam in fugam vertit, ac ſibi victoriam parat. Quin & pro anima ponitur accipiter, iuxta nominis interpretationem. Siquidem Ægyptiis accipiter baieth dicitur, quod nomẽ ſi diuiſeris, animam & cor ſonat. Bai enim anima eſt, eth cor. Cor autem ex Ægyptiorum ſententia, animæ ambitus eſt. Itaque nominis compoſitio animam cor datam notat. Vnde & accipiter ob eum quem cum anima habet naturæ conſenſum, aquam omnino nõ bibit, ſed ſanguinem, quo & ipſa nutritur anima.

Πῶς ἄρεα, καὶ ἀφροδίτην.

Ἄρεα δὲ γράφοντες καὶ ἀφροδίτην, δύο ἱέρα-

κας ζωγραφοῦσιν, ὧν τὸν ἄρσενα εἰκάζουσιν ἄρει· τὴν δὲ θήλειαν, ἀφροδίτῃ· ἐπειδὴ τὰ μὲν ἄλλα θηλυκὰ ζῶα πρὸς πᾶσαν μίξιν τῷ ἀνδρὶ οὐχ ὑπακούει, καθάπερ ἱέραξ. τριακοντάκις γὰρ τῆς ἡμέρας βασανιζομένη, ἐπειδὰν ἀναχωρήσῃ, φωνηθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἄρσενος, πάλιν ὑπακούει. διὸ καὶ πᾶσαν θήλειαν τῷ ἀνδρὶ πειθομένην Αἰγύπτιοι ἀφροδίτην καλοῦσι· τὴν δὲ μὴ πειθομένην οὐχ οὕτω προσαγορεύουσι. διὰ τοῦτο ἐπὶ ἡλίῳ τὸν ἱέρακα ἀνέθεσαν. παραπλησίως γὰρ τῷ ἡλίῳ τὸν τριάκοντα ἀριθμὸν ἐν τῷ πλησιασμῷ τῆς θηλείας ἀποδίδωσιν. ἑτέρως δὲ τὸν ἄρεα καὶ τὴν ἀφροδίτην γράφοντες, δύο κορώνας ζωγραφοῦσιν, ὡς ἄνδρα καὶ γυναῖκα. ἐπεὶ τοῦτο τὸ ζῶον δύο ὠὰ γεννᾷ, ἀφ' ὧν ἄῤῥεν καὶ θῆλυ γεννᾶσθαι δεῖ. ἐπειδὰν δὲ γεννήσῃ, ὅπερ σπανίως γίνεται δύο ἀρσενικά, ἢ δύο θηλυκά, τὰ ἀρσενικὰ τὰς θηλείας γαμήσαντα οὐ μίσγεται
ἑτέρᾳ κορώνῃ
ἑτέρᾳ κορώνῃ, οὐδὲ μὴν ἡ θήλεια κωρώνη *ἑτέρᾳ μέχρι θανάτου, ἀλλὰ μόνα τὰ ἀζυγέντα διατελεῖ. διὸ ἐπὶ μιᾷ κορώνῃ συναντήσαντες, οἰωνίζονται οἱ ἄνθρωποι, ὡς χηρεύοντι συνηντηκότες ζώῳ. διὰ δὲ ταύτης αὐτῶν ὁμονοίας χάριν, μέχρι νῦν *οἱ ἕλληνες ἐν τοῖς γάμοις ἐκκορὶ κορὶ *κορώνην λέγουσιν ἀγνοοῦντες.

οἱ deest in veteri codice.

κορώνη

Quo modo Martem ac Venerem.

Martem verò & Venerem notātes, duos pingunt accipitres, eorum marem Marti, fœminam Veneri comparantes: idq; propterea quod ex

cęteris animantibus fœmina mari non ad omnē congressum obtemperat, vt in accipitrum genere, in quo etsi tricies in die fœmina à mare cōprimatur, ab eo digressa si inclamata fuerit, paret iterum. Ideoq; & fœminam omnem quæ viro morem gerit, Ægyptii Venerem vocāt: quæ verò non est dicto audiens, non ita appellant. Atq; hæc sanè causa fuit cur Soli accipitrē consecrarint: non secus enim ac Sol, ter denarium explet numerum in congressu fœminæ. Aliter quoq; Martem & Venerem scribētes, duas pingunt cornices, vt marem ac fœminam: quoniam animal hoc gemina solet oua parere, ex quibus mas & fœmina gignantur. Vbi verò, quod rarò tamen accidit, vel duo masculea vel duo fœminea oua pepererit, mares fœminis cōnubio iuncti nunquam ad alteram diuertunt cornicem, ac ne ipsa quidem fœmina, quoad viuit, ad alterum marem: sed disiuncti, soli deinceps semper degunt. Vnde & cùm vni cornici occurrerint homines, augurantur præsagiū sibi hoc esse viduæ vitæ, quòd scilicet animali viduam agenti vitā obuii facti fuerint. Proinde in hūc vsque diem Græci ob tantam harum auium cōcordiam, in nuptiis ignorantes verbum illud vsurpare solēt ἐκκορὶ, nimirum κορὶ cornicem appellantes.

Universidad de Deusto Biblioteca

Πῶς γάμον.

Γάμον δὲ δηλοῦντες, δύο κορώνας πάλιν ζωγραφοῦσι, τοῦ λεχθέντος χάριν.

Quo modo nuptias.

Atque eandem ob causam nuptias innuëtes, duas rursum appingunt cornices.

Πῶς μονογενές.

Μονογενὲς δὲ δηλοῦντες, ἢ γένεσιν, ἢ πατέρα, ἢ κόσμον, ἢ ἄνδρα, κάνθαρον ζωγραφοῦσι. μονογενὲς μὲν ὅτι αὐτογενές ἐστι τὸ ζῶον, ὑπὸ θηλείας μὴ κυοφορούμενον. *μόνη γὰρ γένεσις αὐτοῦ *τοιαύτη ἐστίν· ἐπειδὰν ὁ ἄρσην βούληται παιδοποιήσασθαι, βοὸς ἀφόδευμα λαβὼν, πλάσσει σφαιροειδὲς παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα, ὃ ἐκ τῶν ὀπισθίων μερῶν κυλίσας ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν, αὐτὸς πρὸς ἀνατολὴν βλέπει, ἵνα ἀποδῷ τὸ τοῦ κόσμου σχῆμα. αὐτὸς γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀπηλιώτου εἰς λίβα φέρεται, ὁ δὲ τῶν ἀστέρων δρόμος ἀπὸ λιβὸς εἰς ἀπηλιώτην. ταύτην οὖν τὴν σφαῖραν κατορύξας εἰς γῆν, κατατίθεται ἐπὶ ἡμέρας εἰκοσιοκτὼ, ἐν ὅσαις καὶ ἡ σελήνη ἡμέραις τὰ δώδεκα ζώδια κυκλεύει, ὑφ᾽ ἣν ἀπομένον ζωογονεῖται τὸ τῶν κανθάρων γένος. τῇ

Vide Plin. lib. 30 cap. 11. et lib. 11. c. 28.

μόνη
διαυτης

Plin. lib. 11. c. 2[illegible] [illegible] scribere ut. [illegible] [illegible] coitus [illegible] [illegible], [illegible] de scarabeis loqueretur.

Universidad de Deusto Biblioteca

ἐνάτῃ δὲ καὶ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ ἀνοίξας τὴν σφαῖραν, εἰς
ὕδωρ βάλλει· ταύτην γὰρ τὴν ἡμέραν νομίζει σύνοδον
εἶναι σελήνης καὶ ἡλίου, ἔτι τε καὶ γένεσιν κόσμου. ἧς
ἀνοιγομένης ἐν τῷ ὕδατι, ζῶα ἐξέρχεται, τουτέστιν
οἱ κάνθαροι. γένεσιν δὲ, διὰ τὴν προειρημένην
αἰτίαν. Πατέρα δὲ, ὅτι ἐκ μόνου πατρὸς τὴν γέ-
νεσιν ἔχει ὁ κάνθαρος. Κόσμον δὲ, ἐπειδὴ κοσ-
μοειδῆ τὴν γένεσιν ποιεῖται. Ἄνδρα δὲ, ἐπειδὴ θη-
λυκὸν γένος αὐτοῖς οὐ γίνεται. Εἰσὶ δὲ καὶ κάν-
θάρων ἰδέαι τρεῖς. πρώτη μὲν αἰλουρόμορφος
καὶ ἀκτινωτή, ἥνπερ καὶ ἡλίῳ ἀνέθεσαν διὰ τὸ σύμ-
βολον· φασὶ γὰρ τὸν ἄρρενα αἴλουρον, συμμεταβάλ-
λειν τὰς κόρας τοῖς τοῦ ἡλίου δρόμοις. ὑπεκτείνον-
ται μὲν γὰρ κατὰ πρωῒ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ ἀνατολήν·
στρογγυλοειδεῖς δὲ γίνονται κατὰ τὸ μέσον τῆς ἡμέ-
ρας, ἀμαυρότεραι δὲ φαίνονται, δύειν μέλλοντος
τοῦ ἡλίου· ὅθεν καὶ τὸ ἐν ἡλίου πόλει ξόανον τοῦ θεοῦ
αἰλουρόμορφον ὑπάρχει. ἔχει δὲ πᾶς κάνθαρος
τὴν τριακονταήμερον — καὶ δακτύλους τριάκοντα, διὰ * τὴν τριάκοντα ἡμε-
ρῶν τοῦ μηνὸς, ἐν αἷς ὁ ἥλιος ἀνατέλλων, τὸν ἑαυτοῦ
ποιεῖται δρόμον. Δευτέρα δὲ γενεά, ἡ δίκερως καὶ
ταυροειδής, ἥτις καὶ τῇ σελήνῃ καθιερώθη, ἀφ' οὗ
οὐράνιον — καὶ τὸν * ἐν οὐρανῷ ταῦρον, ὕψωμα τῆς θεοῦ ταύτης
λέγουσιν εἶναι παῖδες Αἰγυπτίων. τρίτη δὲ ἡ μονό-
κερως καὶ ἰδιόμορφος, ἣν Ἑρμῇ διαφέρειν ἐνόμισαν,
καθὰ καὶ ἶβις τὸ ὄρνεον.

Quo modo vnigenitum.

Vnigenitum autem significantes, aut ortum, aut

aut patrem, aut mūdum, aut virum, Scarabæum pingūt. Ac vnigenitum quidem, quòd per se gignatur hoc animal, vtpote in vtero fœminæ nō prius efformatum ac gestatum: eius enim solius huiuscemodi ortus est. Cùm mas sobolem procreare vult, bouis fimum nactus, globulum ex eo eiusdem cum mundo figuræ fingit: quem vbi ab ortu in occasum auersis pedibus volutarit, ipse rursum, vt orbi persimilem figurā edat atq; exprimat, in ortum conuertitur. Ipse siquidem orbis à Subsolano circūagitur in Africum. At siderū contrarius est cursus, ab Africo ad Subsolanum. Hāc itaq; pilam in terra defossam reponit in dies octo & viginti. nam & totidem dieb⁹ Luna duodecim zodiaci signa perlustrat, sub qua toto illo tempore permanens animatur ac semē vitale suscipit scarabæorum genus. Nono autem & vicesimo die apertam pilam in aquam coniicit (eum enim diem esse putat quo & Luna cum Sole cōgrediatur, & mundi insuper fiat generatio) quæ dum in aqua aperitur, prodeunt animalia, hoc est scarabæi. Ortum autem, propter iam dictam caussam. Patrem, quòd ex solo patre ortum habeat scarabæus. Mundum, quòd ad mundi figuram eius generatio ac fœtus accedat. Virum denique, quòd non sit in eorum genere fœmina. Sunt porro Scarabæorum formæ tres: Prima felium specie, ac velut radiis insignita, quam & Soli ob significationem quandā dicarunt. Aiunt enim felem marem iuxta varium solis habitum & cursum pupillas commutare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad ortum quidem Solis manè nonnihil extendi, sub meridiem velut rotundas fieri, Sole ad occasum vergente obtusiores obscurioresq́; apparere. Vnde & quæ apud Heliopolin est Dei, Solis inquam, statua, felis speciem prę se fert. Habet autem & scarabęus omnis digitos triginta, idq́; in indicium 30 mensis dierum, quibus Sol oriẽs suum per singula zodiaci signa cursum peragit. Alterum Scarabæorũ genus bicorne est, & taurina specie, quod cum & Lunæ consecratum sit, inde etiam eum qui inter sidera relatus est taurũ huiusce deæ eleuationem esse perhibent Ægyptiorum filii. Tertium vnicorne est, & suæ peculiaris formæ, quod & Mercurio sacrum esse, vt etiam est ibis auis, existimarunt.

Τί γῦπα γράφοντες δηλοῦσι.

Μητέρα δὲ γράφοντες, ἢ βλέψιν, ἢ ὅριον, ἢ

πρόγνωσιν, ἢ ἐνιαυτόν, ἢ οὐρανίαν, ἢ ἐλεήμονα, ἢ ἀθηνᾶν, ἢ ἥραν, ἢ δραχμὰς δύο, γῦπα ζωγραφοῦσι. μητέρα μὲν ἐπειδὴ ἄρρεν ἐν τούτῳ τῷ γένει τῶν ζώων οὐχ' ὑπάρχει· ἡ δὲ γένεσις αὐτῶν γίνεται τρόπῳ τοιῷδε. ὅταν *ὀργύσῃ πρὸς σύλληψιν ἡ γύψ, τὴν φύσιν ἑαυτῆς ἀνοίξασα πρὸς βορέαν ἄνεμον ὑπὸ τούτου ὀχεύεται ἐπὶ ἡμέραις πέντε, ἐν αἷς οὔτε βρωτοῦ, οὔτε ποτοῦ μεταλαμβάνει, *ποιοῦσα παιδοποιίαν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα *γένη γυπῶν, ἃ ὑπὸ ἀνέμου *συλλαμβάνονται, ὧν τὰ ᾠὰ πρὸς βρῶσιν *αὐτῶν μόνον, οὐκέτι δὲ πρὸς ζωογονίαν ἐστὶ χρήσιμα. γυπῶν δὲ ὑπηνέμιον ποιουμένων τὴν ὀχείαν, ἡ τῶν ᾠῶν γένεσις ζωογονεῖται. βλέψιν δέ, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων ζώων ἁπάντων ὀξυωπέστερον ὁρᾷ ἡ γύψ, ἐν μὲν *ἀνατολῇ τοῦ ἡλίου ὄντος, πρὸς τὴν δύσιν βλέπουσα· ἐν δύσει δὲ τοῦ θεοῦ ὑπάρχοντος, πρὸς ἀνατολήν. ἐξ ἱκανοῦ διαστήματος πορίζομένη τὰ πρὸς χρῆσιν αὐτῇ βρώσιμα. Ὅριον δέ, διότι πολέμου μέλλοντος τελειοῦσθαι, τὸν τόπον ὁρίζει, ἐν ᾧ μέλλει ὁ πόλεμος γίνεσθαι, πρὸ ἡμερῶν ἑπτὰ ἐπ' αὐτὸν παραγινομένη. Πρόγνωσιν δέ, διά τε τὰ προειρημένα, καὶ ὅτι πρὸς τοὺς πλείονας *σφαζομένους καὶ *ἡττωμένους βλέπει, ταμιευομένη τὴν ἑαυτῆς ἐκ τῶν πτωμάτων τροφήν, παρ' ὃ καὶ οἱ ἀρχαῖοι βασιλεῖς, κατασκόπους ἔπεμπον σκεπτόμενοι κατὰ ποῖον τοῦ πολέμου αἱ γῦπες βλέπουσι μέρος, ἐντεῦθεν σημειούμενοι τοὺς ἡττωμένους. Ἐνιαυτὸν δέ, διὰ τὸ ἐν τούτῳ τῷ ζώῳ τριακοσίας

Plin. lib. 10. cap.

ὀργώσῃ

ποθοῦσα

ὀρνέων γένη

συλλαβάνει

αὐτὸ

τῇ

Pro his duob⁹ habet tantũ vetus, σφαζομένη

Universidad de Deusto Biblioteca

ἑξήκοντα πέντε ἡμέρας τοῦ ἔτους διαιρεῖσθαι, ἐν αἷς ὁ ἐνιαύσιος ἐκτελεῖται χρόνος. ἑκατὸν γὰρ εἴκοσιν ἡμέρας ἔγκυος μένει, καὶ τὰς ἴσας τοὺς νεοσσοὺς ἐκτρέφει· ταῖς δὲ λειπούσαις ἑκατὸν εἴκοσι τὴν ἑαυτῆς ἐπιμέλειαν ποιεῖται, μήτε κυοφοροῦσα, μήτε τρέφουσα, παρασκευάζουσα δὲ ἑαυτὴν εἰς ἑτέραν σύλληψιν. τὰς δὲ λοιπὰς πέντε τοῦ ἔτους ἡμέρας, ὡς ἤδη προεῖπον, εἰς τὴν τοῦ ἀνέμου ὀχείαν καταναλίσκει. Ἐλεήμονα δὲ, ὅπερ δοκεῖ παρά τισιν ἐναντιώτατον ὑπάρχειν, ἐπεὶ τοῦτο τὸ ζῶον πάντα ἀναιρεῖ. ἠναγκάσθησαν δὲ τοῦτο γράψαι, ἐπειδὴ ἐν ταῖς ρκ. ἡμέραις ἐν αἷς τὰ ἑαυτοῦ ἐκτρέφει τέκνα, ἐπὶ πλεῖον οὐ πέτεται. περὶ δὲ τοὺς νεοσσοὺς καὶ τὴν τούτων τροφὴν ἀσχολεῖται, ἐν αἷς ἀπορήσασα τροφῆς ἣν παράσχηται τοῖς νηπίοις, τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν ἀνατεμοῦσα, παρέχει τοῖς τέκνοις τοῦ αἵματος μεταλαμβάνειν, ὡς μὴ ἀπορήσαντα τροφῆς ἀναιρεθῆναι. Ἀθηνᾶν δὲ καὶ ἥραν, ἐπειδὴ δοκεῖ παρ᾽ Αἰγυπτίοις, ἀθηνᾶ μὲν τὸ ἄνω τοῦ οὐρανοῦ ἡμισφαίριον ἀπειληφέναι, τὸ δὲ κάτω, ἥρα. ὅθεν καὶ ἄτοπον ἡγοῦνται ἀρσενικῶς δηλοῦν τὸν οὐρανὸν, θηλυκῶς δὲ τὴν οὐρανόν· διότι καὶ ἡ γένεσις ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων ἐν αὐτῷ ἀποτελεῖται, ὅπερ ἐστὶ θηλείας ἔργον. καὶ τὸ τῶν γυπῶν δὲ, ὡς προεῖπον, γένος θυλειῶν ἐστὶ γένος μόνον. διὸ τὴν αἰτίαν καὶ παντὶ θηλυκῷ ζωδίῳ οἱ Αἰγύπτιοι, γῦπα ὡς βασίλειον ἐπιτιθέασιν, ἀφ᾽ οὗ καὶ πᾶσαν θεὰν, ἵνα μὴ
θηλεῦσιν περὶ ἑκάστης γράφων, μηκύνω τὸν λόγον * Αἰγύ-

πτιοι, μητέρα οἷον θέλοντες σημῆναι, γῦπα ζωγραφοῦσι· μήτηρ γάρ ἐστι θηλυκοῦ ζώου. Οὐρανίαν δὲ, οὐ γὰρ ἀρέσκει αὐτοῖς τὸν οὐρανὸν λέγειν, καθὼς προεῖπον, ἐπεὶ τούτων ἡ γένεσις ἐκεῖθεν ἐστι. Δραχμὰς δὲ δύο διότι παρ᾽ Αἰγυπτίοις μονάς ἐστιν αἱ δύο γραμμαί· μονὰς δὲ, παντὸς ἀριθμοῦ γένεσις. εὐλόγως οὖν δύο δραχμὰς βουλόμενοι δηλῶσαι γῦπα γράφουσιν, ἐπεὶ μήτηρ δοκεῖ καὶ γένεσις εἶναι, καθάπερ καὶ ἡ μονάς.

Quid, vulturem delineantes, indicent.

Cęterùm matrem significantes, aut aspectum, aut limitem, aut futurorũ cognitionem, aut annum, aut cœlum, aut misericordem, aut Mineruam, aut Iunonem, aut drachmas duas, vulturem pingunt. Matrem quidem, quòd in hoc animantium genere mas non sit. Gignuntur autem hũc in modũ: Cùm amore concipiendi vultur exarserit, vuluam ad Boream aperiens, ab eo velut comprimitur per dies quinque, quibus nec cibũ, nec potum omnino capit, fœtus procreationi intentus. Sunt porrò & alia vulturum genera, quæ ex vento concipiunt quidem, sed quorum oua ad esum duntaxat, nõ item ad fœtum suscipiendum ac formandum sunt accommodata. At eorum vulturum, quorum non est subuentaneus dũtaxat & inefficax coitus, oua ad gignendum, tollendamq; sobolem sunt in primis idonea. Aspectũ autem, quod ex omnibus animantibus perspicacissimi visus sit vultur, vt qui o-

Quod Virg. de eq refert in 3° Georg

Universidad de Deusto Biblioteca

riente quidem Sole in occasum,occidente verò in ortum prospiciat,atque è satis longo interuallo quæ sibi vsui sint,comparet edulia. Limitem, quòd cùm belli conficiendi tempus instat, locum vbi pugna committenda sit,septem antè diebus,ad eum accedẽs præfiniat & circumscribat. Præsagium verò,tum ob iam dictam caussam, tum etiam quòd ad eam exercitus partem sese conuertere soleat, vbi maior sit futura clades, sibi ex cadaueribus alimentum seponens, ac in futurum prouidè reseruans. Vnde & prisci reges exploratores mittebant, per quos in vtrã aciei partem respexissent vultures,cognoscerẽt, indeq; vincendos,ac internecina strage delẽdos colligerẽt. Annum porro,quoniam animal hoc trecentos illos ac sexaginta quinque dies quibus completur annus, ita distribuit, vt centum quidem ac viginti diebus pręgnans maneat,totidem pullos enutriat, reliquis vero centum ac viginti sui curam gerat,neque vterum ferẽs, neque alẽdis addicta liberis, sed seipsam duntaxat ad aliam parans cóceptionem. Quinque autem illos qui supersunt anni dies in venti, vt iam dictum est, compressionem & coitum insumit. Misericordem autem, quod quibusdã alienissimum forsan videbitur,pręsertim quum hoc animal infestissimo animo cætera persequatur,atq; interimat. Sed vt hoc pictura vulturis innuerẽt, eo impulsi sunt, quòd c. & xx. illis diebus quibus suos educat , penè nunquam euolet, sed omnem curam ac sollicitudinem illis alendis ad-

hibeat. Quod si eo tempore cibus nõ suppetat, quo eos sustentet, proprio execto fœmore sugendum eis exhibet & impertitur sanguinem, vt ne cibi penuria atque inedia conficiantur.

Mineruam ac Iunonem,quoniam videtur apud Ægyptios Minerua quidem superius cœli hemisphęrium occupasse,Iuno verò inferius. Quę & caussa est,vt absurdum censeant cœlum masculino genere efferre: quippe cùm & Solis & Lunæ cæterorumq; siderũ genitura in eo perfecta sit,qui nimirum fœminæ actus est. Quin & vulturum genus, vt iam exposui, fœminas tantùm complectitur. Quam ob caussam & cuiuis fœminei sexus animanti Ægyptii vulturem, vt in eo sexu principem ac primarium apponunt : ex quo & deam omnem, ne sigillatim vnanquanq; percurrens,prolixior sim,significant Ægyptii. Insuper & matrem innuere volentes, vulturem pingunt: est enim mater fœmineæ naturæ. οὐρανίαν autem hoc est cœlum (neque enim placet ipsis, vt dixi, masculino genere οὐρανὸν dicere) quoniam horum omnium generatio inde est.

Duas denique drachmas , ꝙ apud Ægyptios duę lineę vnitas est. Vnitas verò cuiuslibet numeri ortus est ac principium. Optima itaque ratione duas drachmas indicare volẽtes, vulturem pingũt, quòd generationis ipse sibi auctor materq; ac principium, quemadmodum & vnitas,esse videatur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Πῶς ἥφαιστον γράφουσι.

Ἥφαιστον δὲ γράφοντες, κάνθαρον καὶ γῦπα ζωγραφοῦσιν. ἀθηνᾶν δὲ, γῦπα καὶ κάνθαρον. δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς ὁ κόσμος συνεστάναι, ἔκ τε ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ ὑπάρχοντος. ἐπὶ δὲ τῆς ἀθηνᾶς τὴν γῦπα γράφουσιν· οὗτοι γὰρ μόνοι θεῶν παρ' αὐτοῖς ἀρσενοθήλεις ὑπάρχουσι.

Quo modo Vulcanum notent.

At Vulcanum indicantes, ſcarabæum & vulturem pingunt. Mineruã verò, vulturem & ſcarabæum. Ipſis enim videtur mundus ex mare ac fœmina cōſtare. Vulturem autem Mineruæ appingunt, quòd hi ſoli ex diis apud ipſos mares ſint ſimul ac fœminæ.

Τί ἀστέρα γράφοντες δηλοῦσι.

Θεὸν δὲ ἐγκόσμιον σημαίνοντες, ἢ εἱμαρμένην, ἢ τὸν πέντε ἀριθμὸν, ἀστέρα ζωγραφοῦσι. θεὸν μὲν, ἐπειδὴ πρόνοια θεοῦ, τὴν νίκην προστάσσει, ᾗ τῶν ἀστέρων καὶ τοῦ παντὸς κόσμου κίνησις ἐκτελεῖται. Δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς δίχα θεοῦ, μηδὲν ὅλως συνεστάναι. εἱμαρμένην *, ἐπεὶ, * αὕτη ἐξ ἀστρικῆς οἰκονομίας συνίσταται. τὸν δὲ * πέντε ἀριθμὸν, ἐπειδὴ πλήθους δ'
ὄντος ἐν οὐρανῷ, πέντε μόνοι ἐξ αὐτῶν κινούμενοι, τὴν τοῦ κόσμου οἰκονομίαν ἐκτελοῦσι. καὶ πέμπτον

Quid ſidus pingentes, innuant.

Deum pulchrè ornatum ſignificantes, aut fatum, aut quinarium numerum, ſidus pingunt. Deum quidem, quòd Dei prouidentia victoriã

Universidad de Deusto Biblioteca

decernit atque imperat, qua & siderum orbisq; vniuersi motus peragitur. Existimant enim sine Deo nihil prorsus consistere. Fatũ autem, quod ex siderum cursu ac dispensatione constituatur. Quinarium verò numerũ, quoniam cùm quamplurima atque adeò innumera sint in cœlo sidera, sola ex his quinque, motu suo orbis pulcherrimam efficiũt distributionem ac moderamen.

Τί κυνοκέφαλον γράφοντες δηλοῦσι.

Σελήνην δὲ γράφοντες, ἢ οἰκουμένην, ἢ γράμματα, ἢ ἱερέα, ἢ ὀργὴν, ἢ κόλυμβον, κυνοκέφαλον ζῶον γράφουσι. Σελήνην μὲν, ἐπειδὴ τὸ ζῶον τοῦτο συμπάθειάν τινα πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ σύνοδον ἐκτήσατο, ὅταν γὰρ ἐν *τῷ μέρει τῆς ὥρας ἡ σελήνη συνοδεύουσα ἡλίῳ ἀφώτιστος γένηται, τότε ὁ μὲν ἄρσην κυνοκέ-

Deest in veteri, τῷ

φαλος οὐ βλέπει, οὐδὲ ἐσθίει. ἄχθεται δὲ εἰς τὴν γῆν νενευκὼς, καθάπερ πενθῶν τὴν τῆς σελήνης ἁρπαγήν. ἡ δὲ θήλεια μετὰ τοῦ μὴ ὁρᾷν, *καὶ ταὐτὰ τῷ ἄρσενι πάσχειν, ἔτι *καὶ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως αἱμάσσεται. διὸ καὶ μέχρι *τοῦ νῦν ἐν τοῖς ἱεροῖς τρέφονται κυνοκέφαλοι, ὅπως ἐξ αὐτῶν γινώσκηται τὸ ἡλίου καὶ σελήνης μέρος τῆς συνόδου. οἰκουμένην δὲ, ἐπειδὴ ἑβδομήκοντα δύο χώρας τὰς ἀρχαίας φασὶ τῆς οἰκουμένης εἶναι, τούτους δὲ τρεφομένους ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ ἐπιμελείας τυγχάνοντας, οὐ καθάπερ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τελευτᾷ, οὕτω καὶ τούτους, ἀλλὰ μέρος αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν νεκρούμενον, ὑπὸ τῶν ἱερέων θάπτεσθαι, τοῦ λοιποῦ σώματος ἐν τῷ κατὰ φύσιν ὄντος. ἕως δ' ἂν αἱ ἑβδομήκοντα καὶ δύο πληρωθῶσιν ἡμέραι, τότε ὅλως ἀποθνήσκει. Γράμματα δὲ, ἐπειδή ἐστι συγγενῆ κυνοκεφάλων *Αἰγυπτίοις ἐπισταμένων γράμματα. παρ' ὃ εἰς ἱερὸν ἐπειδὰν πρῶτα κομισθῇ κυνοκέφαλος, δέλτον αὐτῷ παρατίθησιν ὁ ἱερεὺς, καὶ σχοινίον, καὶ μέλαν πειράζων εἰ ἐκ τῆς ἐπισταμένης ἐστὶ συγγενείας γράμματα, καὶ εἰ γράφει. ἔτι δὲ καὶ τὸ ζῶον ἐπὶ ἑρμῇ ἐνεμήθη τῷ πάντων μετέχοντι γραμμάτων. Ἱερέα δὲ, ὅτι *φύσει ὁ κυνοκέφαλος ἰχθὺν οὐκ ἐσθίει, ἀλλ' οὐδὲ *ἰχθυώμενον ἄρτον, καθάπερ καὶ οἱ ἱερεῖς. ἐκτός. γεννᾶται *δὲ περιτετμημένος, ἣν καὶ οἱ ἱερεῖς ἐπιτηδεύουσι περιτομήν. ὀργὴν δὲ, ἐπείπερ τὸ ζῶον τοῦτο παρὰ τὰ ἄλλα θυμικώτατόν τε καὶ ὀργίλον

ἀλλὰ δὲ

Deest in veteri τοῦ

Αἰγύπτια

φησὶν, forsan φύσιν

ἰχθυώμενον

πε

Universidad de Deusto Biblioteca

ὑπάρχει. κόλυμβον δὲ, διότι τὰ μὲν ἄλλα ζῶα κολύμβῳ χρώμενα, ῥυπαρὰ * φαίνονται. μόνον δὲ τοῦτο εἰς ὃν τόπον προῄρηται προσβυθίσαι κολυμβᾷ, καὶ τὰ μηδὲν τῷ ῥύπῳ παραφθειρόμενον.

* φαίνεται

Quid Cynocephalũ pingẽtes demóſtrent.

Lunam demonſtrantes, aut terrarum orbem, aut literas, aut ſacrificum, aut iram, aut natationem, Cynocephalum pingunt. Lunam quidem, propterea quod animal hoc conſenſum quendam cum Deę congreſſu, ex quo & affici ſoleat, habet. Vbi enim aliquanto tempore Luna cum Sole congrediens, expers luminis opacaq; permanet, tum mas quidem cynocephal⁹ nec quoquam intuetur, nec veſcitur: ſed demiſſo in terram vultu indignabundus, velut Lunæ raptum deplorans, triſtatur. Fœmina verò, præterquam quòd nuſquam oculos contorquet, eademque cum mare patitur, inſuper & è genitali vaſe ſanguinem mittit. Ideóque ad hęc vſque tempora in ſacris, cynocephali nutriuntur, vt ex ipſis coniunctionis Solis & Lunę tempus cognoſci poſsit. Terrarum autem orbem, quoniã ſeptuaginta duas inquiũt iam olim orbis habitati regiones fuiſſe: hos porrò, ſi diligenter in ſacris nutriantur & curentur, non ſicut cætera animalia vno die emoriuntur, ſic & ipſos emori: ſed ipſorum partem quandam ſingulis diebus emorientem ac tabeſcentem à ſacerdotibus humari, reliquo interim corpore in ſua natura perſiſten-

te, idq; per ſeptuaginta duos dies, quibus expletis, tunc prorſus interit. Literas, quia eſt apud Ægyptios cognatio quædam & genus cynocephalorum, qui literas norunt. Quapropter vbi primum in ſacram ædem ductus fuerit cynocephalus, tabellam ei ſacerdos apponit, vnà cum ſcirpeo ſtilo ac atramento, nimirum vt periculum faciat, ſitne ex eo cynocephalorum genere, qui literarum gnari ſunt: pingit itaq; in ea tabella literas. Præterea hoc animal Mercurio dicatum eſt, qui literarum omnium particeps eſt. Sacrificum verò, quòd natura cynocephalus ab eſu piſcis abhorret, quem tametſi piſcibus interim veſci contingat, ſegne tamen & torpori deditum animal nõ eſt, ſicut & externi ſacerdotes. Adde ꝙ circunciſus gignitur, quam quidem circunciſionem ſummo curant ac peragunt ſtudio ſacerdotes. Iram, quia hoc pręter cętera animãtia maximè iracundum eſt, & ad indignationem procliue. Natationem porrò, quoniam cętera quidem animantia frequenti natatione ſordes ac ſquallorem contrahunt: ſolum hoc ad eum quem inſtituit locum nando peruenit, nec tamẽ vllis à natiuo colore transfertur aut inquinatur ſordibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Πῶς γράφουσι σελήνης ἀναβολήν.

Eum qui toto pectore in res pulcherrimas incumbit, ac ideo ſeſe periculis obijcit, volentes innuere, ſepiam pingũt. Hęc enim ſi viderit à quopiam ſibi inſidias ſtrui, in aquam ex aluo nigerrimum effundit ſanguinem: ex quo fit vt iam conſpicua non ſit, atque ita euadat.

Πῶς ἄνθρωπον γόνιμον.

Ἄνθρωπον γόνιμον βουλόμενοι σημῆναι, στρουθὸν πυργίτην ζωγραφοῦσιν. οὗτος γὰρ ὑπὸ ὀργῆς ἀμέτρου, καὶ πολυσπερμίας ὀχλούμενος, ἑπτάκις μίγνυται τῇ θηλείᾳ ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἀθρόως ἀποσπερμαίνων.

Quomodo fœcundum & veneri addictum hominem.

Semine abundantem hominem volentes designare, passerculū pyrgiten pingunt. Hic enim & immodica ira, & copia seminis ductus, septies in hora fœminam init, copiosum confertimque semen effutiens.



Πῶς ἄνθρωπον συνοχέα καὶ ἑνωτικόν.

Ἄνθρωπον συνοχέα καὶ ἑνωτικὸν βουλόμενοι σημῆναι, λύραν ζωγραφοῦσιν. αὕτη γὰρ συνέχειαν φυλάττει τῶν ἰδίων κρουσμάτων.

Quomodo hominem qui vim quādam habeat sibi alios cōciliandi ac deuinciendi.

Cùm hominem significant qui alios sibi continenter deuinciat & demereatur, lyram pingunt. Hæc enim continenter suum retinet concentum.

Universidad de Deusto Biblioteca



Πῶς ἄνθρωπον πάλαι μὲν ἀφρονήσαντα τῶν ἰδίων νοημάτων, ὕστερον δὲ γεγονότα τῆς ἑαυτοῦ φρονήσεως.

Ἄνθρωπον πάλαι μὲν ἀφρονήσαντα τῶν ἰδίων νοημάτων, ὕστερον δὲ τῆς ἑαυτοῦ γεγονότα φρονήσεως, καὶ τάξιν ἀπαγόντα τῇ ἑαυτοῦ ζωῇ βουλόμενοι σημῆναι, σύριγγα γράφουσιν. αὕτη γὰρ ὑποστρεπτική ἐστι καὶ ἀναμνηστική τῶν καταθυμίως πεπραγμένων αὐτῷ, καὶ μάλιστα τεταγμένον ἐκτελοῦσα φθόγγον.

Quo modo eum qui anteà mente alienatus fuerit, ſed poſteà reſipuerit.

Eum volentes oſtendere qui cùm quondā mēte alienatus eſſet, ad ſe demum redierit, certumque vitæ ſuæ ordinem ac rationem inſtituerit, fiſtulam pingūt. Hæc ſiquidem animum demulcet, & ea in memoriā reducit, quę ex animi ſen-

tētia & cum voluptate quis geſſerit. Inſuper & maximè compoſitum edit ſonum.

Πῶς ἄνθρωπον ἴσον πᾶσι τὸ δίκαιον ἀπονέμοντα.

Ἄνθρωπον ἴσως πᾶσι τὸ δίκαιον ἀπονέμοντα βουλόμενοι σημῆναι, στρουθοκαμήλου πτερὸν γράφουσι. τοῦτο γὰρ τὸ ζῷον πανταχόθεν ἴσα ἔχει τὰ πτερυγώματα παρὰ τῶν ἄλλων.

Quomodo eum qui iu[illegible] ex æquo omnibus tribuat.

Eum qui ius æqualiter omnibus impertiatur ſignificare volentes, ſtruthiocameli pennam pingunt. Hoc enim animal præter cætera pennas alarum vndiquaque æquales habet.

Universidad de Deusto Biblioteca

Πῶς ἄνθρωπον φιλοκτίστην.

Ἄνθρωπον φιλοκτίστην βουλόμενοι σημῆναι, χεῖρα ἀνθρώπου γράφουσιν· αὕτη γὰρ ποιεῖ πάντα τὰ κτίσματα.

Ὥρου Ἀπόλλωνος νειλῴου ἱερογλυφικῶν τέλος.

Quo modo hominem ædificandi studiosum.

AEdificandi cupidum hominem volétes innuere, hominis manum pingunt. Hæc enim omnia absoluit opera.

Ori Apollinis Niliaci sacrarum sculpturarum Finis.

LECTORI.

Hieroglyphicis Ori Apollinis alia quædam subiecimus hinc inde excerpta: quæ quòd eodē tendant, tibi non ingrata fore, beneuole lector, augurabamur.

Quo modo futuram vitam aut salutem.

Vitam aut salutem futuram indicantes, geminas lineas ducebant, quarū transuersa altera alteri in perpendiculi modum ductæ supersterneretur. Atque eius rei nulla illis alia suppetebat ratio, nisi quòd hęc diuini cuiusdam mysterij significatio esset.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quo modo duas regis præcipuas virtutes.

Duas primarias regis virtutes depicto sceptro & supernè oculo, significabãt: sceptro quidem eximiam hominis potestatem, oculo prouidentiam innuentes, qua eum par est in populum intueri.

Quo pacto mortem seu hominis exitum.

Hominis exitum innuentes, fusum pingebant, & fili extremum resectum, quasi à colo diuulsum. finguntur siquidem à poetis Parcæ hominis vitam nere: Clotho quidem colum gestans: Lachesis quæ Sors exponitur, nens: Atropos verò inconuertibilis seu inexorabilis Latinè redditur, filum abrumpens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quo modo vitam.

Vitam innuentes ardentem lampada pingebant: quòd tantisper dum accensa lampas est, luceat, extincta verò tenebras offundat. ita & anima corpore soluta, & aspectu & luce caremus.

Quo modo laborem.

Bouinum caput carne nudatum delineabant, vbi vellent laborem occultè demonstrare. bouinum quidem caput, quòd aratio omnis boum ministerio absoluatur: carne verò nudatum, quòd laboriosi homines plerunque macilenti sunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quo modo Deum.

Oculo picto Deum intelligebant, quòd vt oculus quicquid sibi propositum est intuetur, sic omnia Deus cognoscit ac videt.

Quo modo Manes.

Manes, hoc est Infernos deos significabant depicta sine oculis facie, ac supernè geminis oculis: oculis deos, vt iam dictum est, intelligentes: facie autem absque oculis, eos qui apud Inferos sunt atque in tenebris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN ORVM APOLLI-nem obſeruationes.

ΩΡυ Ἀπόλλωνος) Sol Ægyptiis ὧρος dicitur, idque, vt infra apud hunc autorem videre est, ἀπὸ τ͂ τῶν ὡρῶν κρατεῖν, quòd eius motu (vt qui non temporum modò, quemadmodum ſcribit Plinius libri 2. cap. 6. terrarúmque, ſed ſiderum etiam ipſorum cœlique rector ſit) horarum ac temporum distinguantur interualla. Vide igitur, num fortè rectius huius autoris nomen denſo ſpiritu ſcribendum ſit. Quanquam non eſt magni momenti hæc res.

ἱερογλυφικά) Hoc nomine ænigmaticæ quædam in rebus ſacris ſculpturæ, & ſacra quædam apud Ægyptios monumenta ſeu characteres ac notæ intelliguntur. Illi enim, prius quàm vſitatiſſima eſſet literarum ac ſcripturæ ratio, vel ne facilè vulgo ſacra profanarentur myſteria, non literis hæc, ſed ſculptis rerum animaliúmque figuris deſignabant. Inter eorum characteres ille vel maximè nobis memoratu dignus uidetur, à noſtro tamen autore prætermiſſus, quòd crucis inſigni vitam futuram ſignificabant, id figuræ Serapidis pectori inſculpentes. Atque haud ſcio an morē illum Ægyptij (vt ſunt eorum linguæ vicinæ) ab Hebræis ſumpſerint: apud quos, vt teſtis eſt Hieronymus in nonum Ezechielis caput, antiquis literis, cuiuſmodi & eo tempore erant Samaritanorum, taf litera crucis habet ſimilitudinem. Sed hæc forſan πάρεργα.

πῶς αἰῶνα σημαίνει. in Venetiano quoque exemplari σημαίνει legitur. Vide autem num rectius σημαίνουσι legatur, niſi mauis σημαίνει referre ad ἱερογλυφικά. A[illegible]n ſequentibus ſemper verbum plurale reperies, σημαίνουσιν, δηλοῦσιν, ἐμφαίνουσιν. vt planè ad Ægyptios referri debeat. Atque id eò ſanè libentius legerim, quod hi tituli qui capitibus ſuperſcribuntur, non ipſius ſint autoris, vt ex manu ſcripto codice perſpicuum eſt, in quo hæc ad marginem notantur, ſed à diligenti poſtea lectore adiecti, ſicut & in aliis pleriſque accidit.

διὰ τὸ αἰώνια) Αἰὼν & æuum, hoc eſt τὴν τοῦ κόσμου σύστασιν

Universidad de Deusto Biblioteca

καὶ χρόνου ἔκτασιν, mũdi constitutionem temporisque, quoad orbis cõstiterit, productionẽ notat, & æternitatẽ, ac planè idẽ quod HOLEM apud Hebræos. Ideo αἰώνια verto æterna, æuiq; seu temporis continuum fluxum producentia. Porrò æternam esse cœlestibus naturam stulta credebat antiquitas.

οὔβαιον) Antea οὐραῖον legebatur, sed nos ita ex manu scripto codice restituimus: quæ vox est AEgyptia, vt ex nostro autore licet discere, basiliscum significans. Haud scio an ab Hebræo O B quod pythonem solent vertere. Porrò quod hic de basilisco traditur, firmat Plinius, addens & alios serpentes olfactu necare, & hominem vel si aspiciat tantùm interimere, & non contactos modò, verùm & afflatos frutices necare. De variis autem serpentum generibus vide eundem cap. 23. lib. 8.

τὴν ἑαυτοῦ ἐσθίοντα οὐράν) Vnde & à Latinis annus vertens dicitur, quod semper in se sua per vestigia voluitur annus.

ἐπειδὴ φασιν ἐν τῇ ἀνατολῇ πεντεκαίδεκα μοιρῶν ὑπάρχουσαν) Antea legebatur μοῖραι ὑπάρχουσι. Sed hæc lectio multò rectior, vt quæ lunæ cursum apertè doceat. Porrò quindecim lunæ partes, quindecim dies intellige. Nam & post vbi de eius occasu loquitur dicit τὸν ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα ἡμερῶν πληρώσασαν.

βουλόμενοί τε ἔτος εἰπεῖν, τέταρτον λέγουσιν) Annum anteà ita pontificum vitio turbatum, quemadmodum est apud Suetoniũ, vt nec messium feriæ æstati, nec vindemiarum autumno quadrarent, in eum digessit ordinem Cæsar Sosigenis opera, vt cùm annus ex 365 diebus & quadrante, vtpote sex horis constaret, quarto quoque anno Februario mensi vnus intercalaretur dies, qui & ob id bissextus dici solet, cuius nominis rationem optimè noster Celsus sub titulo de verborum significatione exponit, eo Legis capite cuius initium est, Cùm bis[...]tus.

προστίθεται) Prius προτίθεται legebatur.

ἢ νίκην) in Aldino exemplari interiiciuntur hæc, ἢ ἄρεα, ἢ ἀφροδίτην, aut Martem, aut Venerem, quorũ in sequentibus capitibus ratio traditur. Ea & nos annectenda curauimus. Porrò ἱέρακα malui accipitrem vertere, quàm quod alij verterãt aquilã, etsi pleraq; ex iis quæ de natura τῶν ἱεράκων dicũtur, aquilis quoq; cõueniãt. De variis autẽ accipitrũ generibus vide Plin. cap. 8. lib. 10.

τῇ ἱερακίᾳ βοτάνῃ) Lactuca caprina Plinio dicitur, Apuleio lactuca syluatica. Dicitur & Sonchites. Eandem hieraciam nonnullis vocari, (vulgo hieraceum nominãt) idem tradit Plinius, quoniam accipitres scalpendo eam, succoque oculos tingendo, obscuritatem cum sensere discutiant. De eius facultatibus Plinium ipsum lib. 20. cap. 7. & medicos consule.

ταπείνωσις δέ) Ita in exemplari Aldino legebatur, sed nos ταπείνωσιν emendauimus, vt præcedentibus ac subsequentibus respondeat. Adde quod nostræ lectioni subscribit vetus exemplar.

τὸ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθές) Ita in veteri legebatur, sed vera est manuscripti codicis lectio, διὰ τὸ πρὸς τὴν ψυχὴν συμπαθεῖν, quam & nos reposuimus. Est autem συμπάθεια philosophis & medicis ille naturæ consensus, cum iisdem rebus affici moueriq; solemus.

ὡς καὶ ἡ ψυχὴ τρέφεται) Est enim sanguis ὄχημα τῆς ψυχῆς, vehiculum animæ. Cæterùm in exemplari etiam Aldino ὡς legitur, sed ᾧ legendum existimo. Quanquam & hæc lectio reiicienda non est, quam & in manu scripto inuenimus.

δύο κορώνας) De cornicum natura vide Plin. lib. 10. cap 12.

ἀντὶ τῆς ὁμονοίας) Vnde & cornicum concordia prouerbio celebratur, de qua est in Alciat. emblematis carmen elegãtissimum:

Cornicum mira inter se concordia vitæ est,
Inque vicem nunquam contaminata fides. & c.

ἐν τοῖς γάμοις ἐκκορὶ κορὶ) Verba hæc ἐκκορὶ κορὶ ita transtulimus, vt ἐκκορὶ verbum illud sit, quod in nuptiis celebrandis acclamari soleret à Græcis, κορὶ autem dicat autor in eo nomine cornicem significare. Cæterum quid aliud hæc vox ἐκκορὶ significet, inquirendum non est: præsertim quum dicat Græcos verbum illud ἀγνοοῦντας vsurpare. Iungunt nonnulli has duas dictiones ἐκκορὶ κορὶ, easque Latinè verti posse, orna [c]ornicem. hoc est pudicitiam, dicũt. ἐκκορῶ Græcis interdum est orno, vnde diceretur in imperatiuo ἐκκόρει. Ego simpliciter ἐκκορὶ verbum esse puto, quo Græci perpetuam concordiam in nuptiarum celebratione coniugibus optabant, eius tamen nominis rationem ignorantes. Porrò in manu scripto pro κορώνην legitur κορώνη, vt in nuptiis acclamata fuisse verba illa intelligat ἐκκορὶ κορὶ κορώνη.

κάνθαρον ζωγραφοῦσι) De scarabæo Plin. lib. 11. cap. 28. Erasmus fusissimè in prouerbio, Scarabæus aquilam quærit.

Universidad de Deusto Biblioteca

ἐπειδὰν ὁ ἄρσεν) Ita & in Venetiano codice legitur. Sed legendum vt restituimus ὁ ἄρσην, quis est qui vel de limine tantum musas græcanicas salutarit, qui non videat?

αὐτὸς γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀπηλιώτου εἰς λίβα φέρεται) Locum hūc nō satis fideliter vertit vetus interpres, vt qui sententiā hanc de sole intellexerit, cuius expreßim nulla est facta mentio, cùm & cōtextus ratio, & veritas ipsa ex Astrologorum petita fontibus satis apertè commonstret relatiuum αὐτὸς ad τὸν κόσμον mundum, referri debere. Quis enim nescit inter astrologos, cœlum illud quod primum mobile appellant, singulis diebus ab ortu in occasum rapidißimè circumagi: Solem verò ac cætera sidera aduerso motu ferri ab occidente in orientem? quòd eleganter Ouidius Metamorph. 2. versibus illis docuit:

Adde quòd aßidua rapitur vertigine cœlum,
Sideraque alta trahit celeriq́us volumine torquet.
Nitor in aduersum, nec me qui cætera, vincit
Impetus, & rapido contrarius euehor orbi.

Quod enim ab hoc autore dictum est, ἀπὸ τοῦ ἀπηλιώτου εἰς λίβα, & ἀπὸ λιβὸς εἰς ἀπηλιώτην, idem cum eo est quod paulo antè dixerat, ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν, & similiter ἀπὸ δύσεως εἰς ἀνατολήν. Ἀπηλιώτης enim, qui Latinis subsolanus dicitur, vt docet in Meteorologicis Aristoteles, & Gellius lib. 2. cap. 22. ab ortu verno flat. λὶψ qui Latinis Africus, ab occasu brumali. Aduersatur enim vulturno qui ab ortu spirat hyberno. Vide & Plinium de ventorum ratione pulchrè differentem lib. 18. cap. 33, & 4. & lib 2, cap 46, & 7.

τῇ ἐννάτῃ δὲ καὶ ὀγδόῃ) Mendosam hanc lectionem esse satis apparet ex præcedentibus, & pro ὀγδόῃ substituendum εἰκοστῇ.

ταύτῃ γὰρ τὴν ἡμέρα) Sic & in Venetiano exemplari legitur. Sed locum hunc ita potes emendare, si vnicam adijcias literā, ταύτην γὰρ τὴν ἡμέραν, vel potius, quod & meo quidem iudicio aptius cum sequentibus cohærebit, ταύτῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ & c. vt σύνοδον nomen sit substantiuum, & sensus sit: Eo enim die existimat coitum esse Lunæ & Solis, insuperq́ue mundi generationem, hoc est rerum quæ in mundo gignuntur ortum ac productionem.

γενέσεως δὲ) Lego γένεσιν, etsi Venetianus quoque codex refragetur.

εἰσὶ δὲ καὶ κανθαρωνίδιαι τρεῖς) Vide Plinium, qui & alia quædam videtur horum statuere genera.

στρογγυλοειδὴς δὲ γίνεται) Legendum videtur στρογγυλοειδεῖς δὲ γίνονται, nisi subitam numeri mutationem Hebræo magis quàm Græco sermoni familiarem admittere libet. Sic & in Venetiano legitur. Sed iam nihil dubium, quin ita sit immutanda hæc lectio ex fide manuscripti exemplaris.

ἐν ἡλίου πόλει) ἡλιόπολις, vel diuisim ἡλίου πόλις, vrbs est Ægypti, hoc, vt Diodorus Siculus testatur nomine ab Ægyptiis appellata, à Græcis verò θῆβαι. Hæc centum portis clara fuit. Vnde Iuuenalis:

Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.

Et Homerus Iliados 1,

-οὐδ᾽ ὅσα θήβας
Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται,
Αἵθ᾽ ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ᾽ ἀν᾽ ἑκάστην
Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν.

Hessus ita reddidit:

Aut etiam veteres Ægyptia mœnia Thebas,
Vrbem diuitiis celebrem, quam limina centum
Portarum claudunt, per quarum quamlibet vnam
Agmina sæpe viri bello pulcherrima ducunt,
Curribus instructi rapidis, & equestribus armis.

Vbi Homeri interpres θήβας αἰγυπτίας exponens, τὰς inquit νῦν καλουμένας διόσπολιν. Hanc eam esse credunt, quæ in scripturis sacris modo ON modo AVEN dicitur, Genes. 41, & 46. Itē Ezechielis 30. Nā quæ BETH SCHEMES Hebræis dicitur, etsi nomē Solis præferat, longè tamē alia est: vtpote quæ teste Iosepho Græcis dicitur Scythopolis. Hæc in tribu Iudæ erat, vt Iosue 15 scribitur, etsi eiusdem nominis vrbs & in tribu Naphthali & Isachar fuerit, quemadmodum docet historia Iosue cap. 19. Quanquam & huius nominis vrbem in Ægypto memorat Ieremias 43 cap. Et hanc eam esse credunt, quæ Isaiæ 19 HIR HAHERES nominatur.

δευτέρα δὲ γενεὰ ἡ δίκερως) In quodam, inquit Plinius, genere eorum grandi, cornua prælonga, bisulcis dentata forcipibus in cacumine cùm libuit ad morsum coeuntibus. & c. Porrò præter ea

Universidad de Deusto Biblioteca

quæ hoc loco noster autor de miris Scarabæorum natura prodidit, ex Plinio adde & quæ sequuntur: Scarabæum ex asinorum corpore exanimato nasci, sicut equorum vespas atque crabrones, & iuuencorum apes, mutante natura ex aliis quædam in alia, libri. 11. cap. 20. Eundem magnam AEgypti partem inter numina colere, quòd solis operum similitudo quædam, sicut & ex nostro Oro colligere est, huic animali sit, lib. 30. ca. 11. Scarabæum etiam visum exacuere, lib. 29. cap. vltim. Sed hæc satis. Nam cætera diligens lector assidua poterit lectione perscrutari.

κυθὰ καὶ ἶβις) Hanc & AEgyptij inter numina sua habuere. Testis est Plin. lib. 10. cap. 38.

ἢ οὐρανίαν) Non ignoro Vraniam vnam ex nouem Musis esse, fuisse quoque hoc Veneris apud varias gentes epitheton. Cæterum ego hoc loco οὐρανίαν noue interpretor, vt nihil amplius significet quàm οὐρανόν. Hoc enim & infrà admonet, quòd scilicet AEgypti ἀποπονήγουνται ἀρσενικῶς δηλοῦν τὸν οὐρανόν. Ideo οὐρανίαν hic genere fœmineo AEgyptiorum more potius quàm οὐρανὸν masculino extulit. Obseruabis tamen interim non eodem ordine rei huiusce rationem postea esse redditam, quo proposita fuerat. Nam id penultimo loco facit. Vide igitur num rectius ἢ οὐρανίαν subnecteretur post ἢ ἥραν.

ἡ δὲ γένεσις αὐτῶν) De hac Plin. lib. 10. cap. 6. hunc in modum scribit: Nidos nemo attigit. Ideo etiã fuere, qui putarẽt illos ex aduerso orbe aduolare, falsò. Nidificant enim in excelsissimis rupibus.

πρὸς βορρᾶν ἄνελκον) Ne te hæc dictio torqueat, quæ me aliàs torsit. Est enim ex manu scripto legendum ἄνεμον, sicut & nos reposuimus. Obseruabis & in veteri exemplari, vbi paulo pòst legitur ποιοῦσα leg. ποθοῦσα, quod magis quadrare videtur ad verbum præcedens ὀργύσῃ se. ὀργώσῃ.

αἳ ἀπὸ ἀνέμου συλλαμβάνονται) Locus hic corruptus est, & aliter à vetere interprete lectus, quàm à nobis legatur. Legebat ille cum negatione αἳ οὐχ ἀπὸ ἀνέμου συλλαμβάνονται. At nos nullam hoc loco negationem interijciendam censemus, sed postea vbi dicitur, γυπῶν δὲ οὐχ ὑπηνέμιον &c. vt sit huius loci hic sensus, quoddam esse vulturum genus, quod ex vento quidem concipiat, sed oua ad esum duntaxat, non etiam ad fœtum vtilia, quæ ὑπηνέμια Græcis, quasi Latinè subuentanea dicuntur. Ad eos vultures

qui non coitu tantum vtuntur subuentaneo, & in quo ex vento nihil omnino concipiatur, oua huiuscemodi edere, quæ possint ζωογονεῖσθαι, hoc est viuificari ac fœtum producere. Quòd si veteris interpretis lectionem sequi malis, liberum est: sed omnino diuersus erit sensus, aliud inquam esse vulturum genus, quod nequaquam ex vẽto concipiat, horumque oua esui solùm, non item geniture accommoda esse. At omnes illos vultures qui ex vento comprimuntur & concipiunt, oua parere ad fœtum gignendum accommodatissima. Cæterum lectionem sententiamque nostram firmare videtur, quod ab Erasmo in prouerbio ὑπηνέμια τίκτει. i. subuentanea parit, scribitur, vsurpari id adagij de leuibus friuolisq; inuentis, translatumque esse ab auibus, quæ Veneris imaginatione concipiunt oua, sed inania, & vnde fœtus non gignatur, quæ Græci tum ὑπηνέμια, tum ζεφύρια dixerunt. Vnde & apud Homerum Iliad δ, ἀνεμώλια βάζεις, Vana & friuola loqueris. Vbi Homeri interpres ἀνεμώλια exponit ἀνεμόφθορα καὶ ἀνέμοις ἐοικότα, τουτέστιν ἀφανῆ. Et in libris epigrammatum, in illo Palladæ carmine:

ὦ γένος ἀνθρώπων ἀνεμώλιον αὐτοχόλωτον,
μέχρι τέλους βιότου μηδὲν ἐπιστάμενον.

Dicuntur etiã ἀνεμώδια & ἀνεμοφθόρητα. Cæterùm paulò alia lectio est in manu scripto, quã sanè haud scio an recipienda sit. Nã pro ἔστι δὲ καὶ ἄλλα γένη γυπῶν, illic legitur, ὀρνέων γένη, & tum sequenti sententiæ non erit adijciẽda negatio. Erit enim sensus, alia quidem esse auium genera, quæ ex vento cõcipiant, sed quorum oua esui tãtum, non geniture sint accommoda. At vulturum oua etsi ex vento concipiant, ad generandum valere.

πρὸ ἡμερῶν ἑπτὰ) Plinius scribit vultures triduò ante aut biduo volare, vbi cadauera futura sunt. Vnde prouerbialis sentẽtia, Si vultur es, cadauer expecta. vide Erasm. in prouerb. Vulturis vmbra.

ἑκατὸν γὰρ εἴκοσιν ἡμέρας ἔγγειος μένει.) Versionem nostram in hunc locum si cum vetere interprete conferas, eum locum hunc aut aliter legisse, aut nequaquam intellexisse comperies. Nam cùm trecentos sexaginta quinque anni dies in tres partes, hoc est in tercentum viginti dies, ita Græcus contextus dicat vulturẽ distribuere, vt centum quidem ac viginti diebus ἔγγειος, vel vt nos legimus ἔγκυος maneat, totidẽ diebus pullos nutriat, totidẽ se ipse curet, reliquis quinque ex vento concipiat. Vetus interpres cẽtum ac viginti

dies duobus primis membris ascribit, postremo ducentos & quadraginta, quo & modo dierum anni 360 completur, verùm non vt in contextu Græco distributi sunt. Porrò pro ἔγγαιος lego ἔγκυος, quod mihi magis vulturis naturæ consonum videtur, atque ita etiam in manu scripto legebatur. Enimuero illud animaduersione dignum, vbi in contextu Græco legitur, ταῖς δὲ λειπούσαις ἑκατὸν, minorem desiderari numerum εἴκοσι, qui & sæpe prætermitti solet, & infra omittitur, vbi dicit; ἐν ταῖς ἑκατὸν ἡμέραις, ἐν αἷς τὰ ἑαυτοῦ ἐκτρέφει τέκνα. At hoc loco, vt dierum anni numerus omni ex parte absolutus sit, necessariò adscribendum censuerim. Cæterum in manu scripto vtrobique legitur ἑκατὸν εἴκοσι, quo modo & nos restituimus.

ὅπερ ἐστὶ θηλείας ἔργον) Hoc ad vocem ipsam γένεσις, quæ fœminea est referri debet.

μιμούμενοι τὸν λόγον. αἰγύπτιοι) Desiderari in hac lacuna verbum δηλοῦσι ν, aut aliud simile, vetus quoque sensit interpres.

μήτηρ γάρ ἐστι θηλικοῦ ζώου) Potest vt vertimus intelligi, matrem sexus esse fœminei. Potest & de vulture accipi, quòd mater sit fœminei animalis. Nunquam enim nisi fœminam vultur, qui & ipse fœmineus est, ex se procreat.

δραχμαὶ δὲ δύο) Propter συνέπειαν superiorum, lego δραχμὰς δὲ δύο.

ὄντε ἀρσενικοῖς) Hic aliquid deesse videtur. Potest tamen sensus elici, etsi nonnulli ita hunc locum suppleant, ὄντε ἀρσενικοὶ ἀναγκαῖοι. Sed sequamur lectionem manu scripti exemplaris, vbi ita legitur, ἔκ τε ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ ὑπάρχοντος.

ἀρσενοθήλεις) Hoc ex poetarum fabulis satis notũ est, qui mollem effœminatumq́ue deum Vulcanum, Pallada viripotentem & bellatricem deam statuunt.

εἱμαρμένη δὲ) Lego εἱμαρμένην, vt præcedentibus & subsequentibus respondeat.

πέντε μόνοι ἐξ αὐτῶν κινούμενοι) Cur non potius septem omnes planetæ? nisi fortè ex hoc numero Saturnum & Martem, vt infesta grauiaq́ue sidera eximi voluerunt.

κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσι) De cynocephalo Plin. lib. 8. cap. 54. Vnde colligere licet animal esse Cynocephalum homini haud absi-

mile, monstrisq́ue annumerari, sicut & satyros, sphinges, similiaq́; apud scriptores celebrata portentorum genera.

ἑβδομήκοντα δύο χώρας) Hæc climata appellant, à poli inclinatione, & eleuatione.

καὶ ἐπιμελείας τυγχάνοντες) Locum hunc corruptum alioqui quod ad illas duas dictiones attinet, τυγχάνοντες & τούτοις, ita emenda, vt quod & orationis ipsa monet structura, pro τυγχάνοντες legas τυγχάνοντας, & pro τούτοις, τούτους.

καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν νεσούμενον) Dubitabamus antea quomodo locus esset restituendus, ac ἐσθούμενον vel ἐσθιόμενον substituebamus, sed iam planè locus erit restitutus, si ex veteri legas νεκρούμενον.

καὶ σχοινίον) Hoc nomine stilum appellat ex iuncis concinnatum: σχοῖνος enim iuncus est.

καὶ ἐγγράφει) Potest hoc referri vel ad cynocephalum, vt nos vertimus: vel ad sacerdotem, vt sit sensus, & vbi sacerdos ex eo genere cynocephalum esse perspexerit, quod literis addictum est, eũ inter animalia sacra refert, & in ordinem sacrum cooptat. Id enim significatus sæpe habet verbum ἐγγράφειν.

ἐπεὶ ἑρμῇ ἐνεμήθη τῷ πάντων μετέχοντι γραμμάτων) Est enim Mercurius orationis ac eloquentiæ præses, quem & Plato ἑρμῆν quasi εἰρέμην, deum scilicet qui dicendi rationem excogitaret, dictum vult. Vnde olim apud Græcos in foris, ἑρμῆς ἀγοραῖος.

ἀλλ᾽ οὐδὲ ἰχθυώμενος ἀργὸν) Ita emendo, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἰχθυούμενος ἀργὸν, vel potius ἀργός, sed neque si piscibus alatur, quod tamẽ eius naturæ repugnat, propterea ignauus est, aut inertiæ torporiq́; deditus, quemadmodum externi sacerdotes. AEgyptios enim sacerdotes sapientiæ studia & optimas quasque artes magna coluisse diligentia, eminentißimi prodiderũt autores, inter quos & Aristoteles circa initium τῶν μετὰ τὰ φυσικά. In veteri legitur ἰχθυώμενον ἀργὸν, vt sit ab ἰχθυάω.

σχήματα) Hæc dictio in Venetiano quoque exemplari ascribitur, sed longius à cæteris distans, quod ostendit aliquid hoc loco desiderari. Verum in manu scripto prorsus omittitur.

πῶς ἰσημερίας δύο) Græci dierum, Latini noctium rationem habuerunt. Vnde factum est, vt quas Græci ἰσημερίας, Latini æquinoctia vocarint, cùm vox Græca æquidia sonet. Hæc contingunt So-

Universidad de D… Bibliote…

le æquatorem quem vocant circulum perlustrantē, sub signis ariete & libra. Bis enim in anno noctes diebus æquantur, vere mense Martio, & autumno mense Septembri.

δωδεκάκις τῆς ἡμέρας καθ' ἑκάστην ὥραν οὐρεῖ) Atque hinc duodecim horarum origo fuisse creditur. Quodam enim tempore Trimegistus, cùm esset in AEgypto sacrum quoddam animal Serapi dedicatum, quod in toto die duodecies vrinam fecisset, pari semper interposito tempore, per duodecim horas diem dimensum esse coniecit, & exinde hic horarum numerus custoditur. Alij dicũt ex quadratura cœli, quæ secundum musicam rationem in 12 partes dicitur esse diuisa, horas 12 esse nominatas. Aquam enim per totum diem exceperunt tenuißima cauerna defluentem, & hanc maiores nostri in 12 partes diuiserunt: ex his partibus horis nomen imposuerunt. Hæc insignis rhetor Victorinus in luculentis illis commentariis quæ in rhetoricos Ciceronis edidit. Quæ ideo huc ad verbum transferre visum est, quòd ad sequentium intellectum faciant. Sacrum autem animal, nostrum intelligit cynocephalum.

ἵνα δὲ μὴ εὐρύτερον) Corruptus est locus hic, & ita meo iudicio restituendus, vt τὸ ὕδωρ quod priori loco habes expungatur, & pro κατασκευάσματα, vnitatis numero κατασκεύασμα legatur, sic. ἵνα δὲ μὴ εὐρύτερον κατασκεύασμα ὑπάρχῃ, δι' οὗ τὸ ὕδωρ &c. Cæterum quod hic legimus διαφάντες. in veteri haud scio an rectius legitur, διείραντες, quasi fibula trayciente.

κεφαλὴν γὰρ ἔχει μεγάλην) Caput habet leo maximum, & fortißimum, si Plinio credimus, lib. 8, cap. 36. Cæterùm de leonum natura amplè apud eundem eiusdem lib. cap. 16.

κοιμώμενος δὲ ἀνεῳγότας τούτους ἔχει) Patentibns dormit oculis, quod vno verbo κορυβαντιᾶν Græci dicunt, vt & autor est Plin. lib. 11. cap. 37.

αἰγυπτιστὶ νοῦν, ἑρμηνευθὲν δὲ σημαίνει νέον) Et νεῖλος quoq; Græcis autore Seruio dicitur, παρὰ τὸ νέαν ἰλὺν ἕλκειν, quòd nouum secum limum fæcemque trahat.

τρεῖς ὑδρίας) Nunc ὑδρίαν genere fœmineo, nunc ὑδρεῖον neutro dicit. Vtrunque nomen vas denotat aquarium.

ὁ ἥλιος εἰς λέοντα γενόμενος) Idem testatur Plin. lib. 1. cap. 18. his verbis: Nilus ibi coloni vice fungens, euagari incipit, vt di-

ximus à solstitio aut noua luna, ac primo lentè, deinde vehementius quandiu in Leone sol est. Mox pigrescit in Virginem transgresso, atque in Libra residet. & reliqua.

τὰς χολέδρας) Ego libentius κλεψύδρας legerim, aut certè modica immutatione facta χολύδρας: quo nomine canales innuătur, παρὰ τὸ ἐν αὐτοῖς ὡσανεὶ χολᾷν τὸ ὕδωρ, quòd in illis videatur aqua germinare ac pullulare.

κατ' εὐχὴν πλεονασμοῦ ὑγρότητος) Potest expleri locus hic, si adijcias τῷ αὐτῷ σημείῳ χρῶνται. Idem signum, Leonem inquam adhibent, cùm ob immodicam Nili inundationẽ preces fundunt. Exundat autem præter modum Nilus, si 16 cubitos exuperauerit. Vt enim ibidem inquit Plinius, si 12 cubitos non excesßit, fames certa est, nec minus si 16 exuperauit.

τὸ ὁμοιοῦντες) Puto legendum τὸ νέον ὁμοιοῦντες. Hoc enim ante dixit nomen esse Nilo apud AEgyptios, nisi mauis legere τὸν νεῖλον. Quæ enim sequuntur, Nilo accommodantur. At in veteri legitur, τὸ μὲν ὑδρεῖον.

γενέτειραν τοῦ εἶναι Fortè quòd in hac gustus sit, sine quo nullum esse animal tradit Aristoteles, cùm tamen lingua carere testudinem marinam scribat Plin. lib. 11. cap. 37.

τρίτον δὲ ὑπὲρ τῶν ὄμβρων) Vide de hac re Pompon. Melam.

ὀνοκέφαλον) Quoddam animalis genus, cui ab asinino capite nomen est. Alij asini caput simpliciter exponunt.

πῶς φυλακτήριον) Amuletum Latini appellant, omne id scilicet quod efficax est ad arcendum venenum ac discrimẽ: vocant & Græci ἀλεξιφάρμακον.

καὶ χωρὶς γραμμάτων) Huiusmodi ferè sunt omnia hæc AEgyptiorum sacra symbola & cælaturæ.

ἄπλαστον δὲ ἄνθρωπον) ἔμβρυον aut ἐμβρύονα vno appellant nomine, fœtum nimirum adhuc imperfectum, qui etiamnũ in vtero est: βρέφος ab Homero dici existimat eiusdem interpres Iliad. ψ.

τῷ μὲν ἑτέρῳ μέρει αὐτοῦ βατράχῳ) Hoc eleganter declarat Ouidius Metamorph. 1. — & eodem corpore sæpe
Altera pars viuit, rudis est pars altera tellus.

τὰ δὲ ὑπερῷα δὲ ταύτης τοῖς ὀφθαλμοῖς) Nec immeritò: cùm nulla ex parte, vt scribit Plinius lib. 11. cap. 37. maiora sint animi indicia, homini maximé. Voces autem sunt τῶν ἐν τῇ ψυχῇ πα-

θῶν σύμβολα, vt ſcribit Ariſtot. in lib περὶ ἑρμηνείας.

ἐκ τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν τοῦ ἔτους ὑπάρχοντος) Ex trecentis (vt ante dictum eſt) 65 diebus naturalibus, cum quadrante, id eſt ſex horis, conflatur annus, quæ quotãnis collectæ, quarto anno diē conſtituunt, vt venuſtè Ouidius lib. Faſt. 3 illo expreſſit diſticho,

Is decies ſenos tercentum & quinque diebus
Iungit, & è pleno tempora quarta die.

σημαίνεται ὡς παρακεκωδισμένον) Facilis lectio ex manu ſcripto. Nam quod antea legebatur ὡς παρείπετο διαμένον, difficilè poterat intelligi. Facile verò fuit ex παρακεκωδισμένον, ignaro præſertim aut oſcitanti ſcribæ, facere παρείπετο διαμένον.

τὰ δέκα ἐξ ἡδονῆν) Antea legebatur τὰ τέκνα ἐκ ἡδονῶν, verùm cùm hoc antedictũ non videretur, illud verò dictum ſit ſextum decimum annum initium eſſe conſuetudinis & oblectationis virorũ cum fœminis: hanc lectionem maluimus ex veteri reponere.

πάντων γὰρ ἐπιβαίνειν) Lego ἐπιβαίνει.

πολὺς ὀνομασθήσεται) Ita & in Venetiano legebatur, ſed quis non videt ὀνομασθήσεται legendum, vbi futurũ pro præterito Hebræorum forſan more vſurpatum notabis, ſicut & infra ὁ λόγος ἀποδοθήσεται, niſi vtrobique mauis aoriſtum ſubſtituere ὠνομάσθη & ἀπεδόθη. Cæterum hoc loco inter πολὺς & ὀνομασθήσεται ſpacium quoddam interijcitur in manuſcripto, quaſi deſit verbum.

διὰ πεντακοσίων ἐτῶν) Plinius tradit annis ſexcentis ſexaginta viuere, lib. 10, cap. 2. vbi mirum ſanè eius deſcribit ortum. Seneſcentem inquit, caſia thuriſque ſurculis cõſtituere nidum, replere odoribus, & ſuperemori. Ex oſſibus deinde & medullis eius naſci primo ceu vermiculũ, inde fi[illegible] pullũ, principioq́; iuſta funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis vrbem, & in ara ibi deponere.

ἡλίου χώραν ὑπ' αἰγυπτίων) Libentius legerim ἐπ' αἰγυπτίων. Scribit & ibidem Plinius, ſacrum in Arabia Soli eſſe.

ἡ ἶβις αὐτὸ καθ' αὐτὸ τῇ καρδίᾳ ἐστὶν ἐμφερής) Significat ibi cor eſſe maximum, vt tota penè nihil aliud quàm cor eſſe videatur. Pro ἐμφερὴς in manu ſcripto legitur ἀμφρὴς, quaſi cor ibidis diuidi non poſſit, quod non perinde placet.

ἢ πέρας) Nonnulli lineam vel punctum exponunt, ſed malo finem vertere, cum huic ſenſui quadret optimè ratio, quæ poſteà ſubiungitur.

πᾶς ὁ ἔχων τὴν τροφὴν, μαθήσεται τὰ γράμματα, καὶ τὰ λοιπά) Vnde Iuuenalis:

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.

Et illud Alciati emblema,

Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas.
Vt me pluma leuat, &c.

ἀμβρής) Nõmen eſt AEgyptium, quantum conijcere licet.

μαθὼν γράμματα εἰς ὅρμον) Nam iuxta ſenarium prouerbialem, διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα. Et, βακτηρία γάρ ἐστι παιδεία βίου. Et in lib. Epigram.

ἡ δ' ἀρετὴ σταθερόν τι καὶ ἄτροπον, ἧς ἐπὶ μόνης
κύματα θαρσαλέως ποντοπορεῖ βιότου.

προστιθέασι τῷ κυνὶ καὶ βασιλικὴν στολὴν παρακειμένην σχῆμα γυμνόν) Nec defuerunt autore Plinio lib. 6. cap. 30. qui canem pro rege haberent, motu eius imperia augurantes. Cæterum ubi legitur σχῆμα γυμνὸν, malim dandi caſu legere, σχήματι γυμνῷ, niſi mauis dicere pendere hunc accuſandi caſum à participio παρακειμένην ex vi præpoſitionis, vt ſæpe fit. Aut certe diſtingue poſt παρακειμένην, vt σχῆμα γυμνὸν per ſe intelligatur.

πῶς δηλοῦσιν ἀγνοίαν) Miror non aduertiſſe veterem interpretem, ἁγνείαν, hoc eſt puritatem legendum eſſe, quomodo & in manuſcripto legitur, non vt ipſe vertit, ignorantiam, hoc eſt ἄγνοιαν, quod rationi quæ ſubſequitur non eſt conſonum. Quæ & cauſſa fortaſſis eum impulit, vt pro dictione καθαρμὸς, quæ purgationem luſtrationemq́ue ſignificat, corruptione[illegible] verterit.

ἰχθυνὸν ζωγραφοῦσι) Pro ἰχθυωὸν, etſi Venetiano exemplari refragante, lego ἰχθυῶν. Quam lectionem firmat & vetus codex.

κενοποιὸν γὰρ ἰχθῦς πᾶς) Non deſunt ex piſcibus, qui hamum deuorent, aut mordeant, atque eſca ſpolient. Et omnino de aſtu piſcium variis locis Plinius lib. 9.

καὶ ἀλληλοφάγον) De ſimultate piſcium inter ſeſe, idem lib. 9. cap. vltimo.

ἅπαξ εἰς θήλειαν φύσιν καθεὶς τὸ ἑαυτοῦ) In tauris conce-

Universidad de Deusto Biblioteca

ptionem vno initu peragi, autor est Plin. lib. 8, cap. 45. quæ si fortè pererrarit, 20 post diem marem fœmina repetit. Hos non sæpius quàm bis die inire, idem attestatur.

ὄρυγα ζωγραφοῦσι) Orygem Plinius tradit animal esse vnicorne ac bisulcum lib. 11, cap. 46. Hunc quidam dicunt contrario pilo & ad caput verso vestiri, lib. 8, cap. 53. De eodem, caniculæ vim exponens lib. 2. ita scribit: Orygem appellat Ægyptus feram, quã in exortu eius contra stare, & contueri tradit, ac velut adorare, cùm sternuerit. Cæterùm nos ex manu scripto codice pro ὄρυγα reposuimus ὄρτυγα coturnicem. propterea quòd infra huic animãti alas tribuat. Negocium tamẽ videtur facessere quod anteriora crura nominat, nisi anteriorẽ crurum aut pedum partem in coturnice intelligas. Facessit & illud quod dicat huic animanti priscos reges insedisse, quodque labia nominet.

ζωγραφεῖ ἑαυτοῦ τὰς κόρας) Pupillas oculorum ita depingit, eoque colore inficit, vt indignantis tristantisque habitu cõspiciatur, aut certe humi oculos defigens, velut eos pingere pulueri imprimẽs videtur.

ὥς τινων γνωμόνων) Γνώμων norma à Valla verti solet, stylus ex cuius vmbra horarum sumitur indicium.

διὰ μόνον τῶν πλινθῶν) Hoc orygi accommodari non poterat propterea commodum occurrit vetus exẽplar, quod nobis totũ hunc eximeret scrupulum. Cæterum antea post ἐπειδὴ dictio vna desiderabatur, quam ex veteri codice contextui inseruimus, ἀντιδικίαν.

ὁ μῦς τὸν καθαρώτατον αὐτῶν ἐκλεξάμενος) Hoc idẽ Plin. lib. 8. cap. 37. de muribus Ponticis tradit, quorum, inquiens, palatũ in gustu sagacißimum, autores quonãmodo intellexerint, miror.

μύρμηκα ζωγραφοῦσιν) Miram formicarum industriam, & ingenium, vide apud Plin. lib. 11, cap. 30.

χηναλώπεκα) Chenalopeces, quasi Latinè vulpanseres dicas, in anserum genere connumerat Plin. lib. 10. cap. 22. Quod hic legebatur συμβάλλειν, rectè ex veteri exemplari est immutatum in σεβάζειν.

εὐχαριστίαν γράφοντες, κουκουφὰν ζωγραφοῦσι) Nomen hoc peregrinum esse ac barbarum satis apparet. Cæterùm hanc esse eã auem existimo, quam Græci πελαργὸν, Latini ciconiam appellant. Ciconiæ, inquit Plin. lib. 10, cap. 22. nidos eosdem repetũt, genitricum senectam inuicem educant. Vnde & factum est verbum ἀντιπελαργεῖν, pro eo quod est promerentibus gratiam in tempore referre. Cuius rei rationem totam Suidas diligenter his verbis explicat, quæ ideo ascribere visum est, quòd his & ciconiæ & hippopotami, de quo proximo capite, naturæ apertè ac eleganter exprimuntur, Ἀντιπελαργεῖν τὴν γηρωῦν, ἀντιδιδόναι χάριτας. λέγεται γὰρ τοὺς πελαργοὺς γεγηρακότας τοὺς γονεῖς τρέφειν. Ἀριστοτέλης δέ φησι τὸν περὶ τῶν πελαργῶν λόγον ἀληθῆ. ὁμοίως δὲ αὐτοῖς φησι ποιεῖν καὶ τοὺς ἀεροπόδας. διὸ ἐν τοῖς σκήπτροις ἀνωτέρω μὲν πελαργὸν τυποῦσι, κατωτέρω δὲ ἱπποπόταμον, δηλοῦντες ὡς ὑποτέτακται ἡ βία τῇ δικαιοπραγίᾳ. οἱ γὰρ πελαργοὶ δικαιοπραγεῖς ὄντες, ὑπὸ τῶν πτερύγων βαστάζουσι τοὺς γεγηρακότας γονεῖς· οἱ δὲ ἱπποπόταμοι, ζῶον ἀδικώτατον. Est in hanc rem Alciati emblema:

Aerio insignis pietate ciconia nido. &c.

ἱπποποτάμου ὄνυχας) Hippopotamum describit Plinius lib. 8. cap. 25.

περιστερὰν ζωγραφοῦσι) De columbis Plin. lib. 10. cap. 34.

βασιλέα δὲ κάκιστον) Antequam in Venetianum exemplar incidissem, quoniam in exemplari nostro legebatur κάριστον legẽdum credebam κράτιστον potentißimum, cui sanè lectioni quadrat optimè id quod subnectitur, αἰνιττόμενοι γράφειν τὸν βασιλέα τοῦ κόσμου κρατεῖν.

παρ' αὐτοῦ   ἐν τῷ κόσμῳ) Lacunam hanc replendam existimo interiecto verbo κυβερνᾶται aut ὑπάρχει, vt intelligatur ab eo non secus regi mundum, ac domum regiam, quæ in orbis ambitu vtique continetur.

ἐκ τοῦ μέλιτος   ἐκ τοῦ κέντρου) Lacunas huius sententiæ ita replendas existimo, vt legas, ἐκ τοῦ μέλιτος χρηστότητος καὶ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς ζώσης δυνάμεως, βασιλέα χρηστὸν ἅμα καὶ εὔτονον εἶναι πρὸς διοίκησιν.

κροκόδειλον ζωγραφοῦσι) De quo Plin. lib. 8. cap. 25.

αὐτότοκον καὶ κατωφορὲς) αὐτότοκον per se ac facilè pariẽs. Nam & paulo antè πολυγόνον esse dixit. κατωφορὲς exposui in Venerem pronum. Significat & hoc nomen in humum deflexum ac despiciens.

Universidad de Deusto Biblioteca

IN LIBRVM SE-cundum.

Καὶ ἀεὶ νεοσσὸν) νεοσσὸς lego, & vbi in Venetiano paulò post κυκλοειδὸν legebatur, lego κυκλοειδὲς. Cæterum existimo libri huius initia mutila esse, ex eo potissimum quod cùm cæterorum rationem diligentissimè attulerit, in his rationem subticuerit, idque ad illud vsque caput, cuius est titulus, Τί δηλοῦσι, χελιδόνα γράφοντες. Nisi fortè horum omnium rationes prætermittendas autor ipse censuit, quod vel omnino ignotæ essent, vel quod potius credendum sit, quòd apud AEgyptios vulgo notissimæ essent.

δύο πόδας συνηγμένοι) Lego vel συνηγμένοι, vel συνημμένοι, aut si libet συναγόμενοι. Progressus siquidem Sol ad vltimum punctum Cancri vel Capricorni, iam ibi defixus subsistere videtur, quòd non vltra austrum vel aquilonem versus progrediatur, sed incipiat vel à nobis abscedere, vel ad nos rursum propius accedere. Græci conuersionis solis rationem habentes, τροπὰς χειμερινὰς καὶ θερινὰς dixere, quæ Latini hyberna æstiuáque solstitia, nomine ex eiusdem statione desumpto, quòd ibi stare videatur.

αἰδοῖον χειρὶ κρατούμενον) Vnde & legimus quendam extitisse philosophum, qui in somno manum alteram ori, alteram pudendis admoueret, innuens nimirum hæc duo esse in homine membra quæ moderamine egeant, frenatuque difficilima sint.

ἄνθη δὲ ἀνεμώνης) De anemone papaueris genere vide abunde Plin. lib. 22. cap. 23. & Erasmū in prouerbio ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις. insuperque medicos, præcipuè Dioscoridem lib. 2. cap. 169.

γυναῖκα ἔγγυον) Vide num ἔγκυον legi possit, & quod pòst sequitur σημαίνει, structuræ sensusque ratio postulet, vt in ζωγραφοῦσι commutetur.

οἷον πτέρυγας ἔχων) ἔχοντα legendum existimo, quod & oratio satis indicat.

ὥραν δηλοῖ) Potest & per horam, & per anni pulcherrimam partem verti. Sed cùm ratio huius ex autore non appareat, fit vt nō satis assequamur, vtro hic modo sumi debeat.

ὡς θήραν   τὸν ἀέρα) Et hic locus mutilus est, nec restitutu facilis, nisi dictionem τὸν ἀέρα, vt superuacuam expungas.

πράγματα ἑπτὰ) Malim cum veteri interprete legere γράμματα. Sed & huius rationem rei ignoramus.

ἰχνεύμονα ζωγραφοῦσιν) De ichneumone serpente Plinius lib. 8. cap. 24.

ὀρίγανον ἱερογλυφοῦσι) Herba est sic dicta, quòd montibus gaudeat, vel vt alij placet, quòd visum acuat. De hac & variis eius generibus Plin. lib. 20, cap. 17. Hæc & cunila dicitur. Autor Diosc. quem vide lib. 3. cap. 28.

ἐκσοβοῦντα) Verti cum vetere interprete, cauda flagellantē, significat propriè hæc dictio idē quod ἐκ τῆς στοᾶς ἐκβάλλοντα, quasi à porticu & antro suo pellentem.

διὰ τῶν στερεῶν) De hac re vide Plin. lib. 8 cap. 44.

ταῦρον ὑπὸ τὰ ἀριστερὰ) Idem Plin. eiusdem lib. cap. 45.

ἀετὸν λίθον βαστάζοντα) De aquilis Plin. lib. 10. cap. 3.

ὠτίδα) Auem hanc dictam putat Plin. quòd sit auribus plumeis eminentibus, quam describit lib. 10, cap. 22, & 23.

ῥήσσει ἐκ τῶν ὑπὸ τὴν γῆν, καὶ ὀπὴν, & c. Pro ῥήσσει legunt nonnulli ῥίπτει, sic & pro ῥήγματος, ῥίμματος & pro ὀπὴν, κοπὴν: quam lectionem non improbo.

στόμα στόματι ἐμβάλλει) Viperæ mas, inquit Plin. libr. 10. capit. 62. caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

ἄυτη γὰρ ἐν τῇ   ὀυ λείπεται) Videtur deesse ἐν τῇ φυσικῇ τάξει, naturali ordine ac ratione, aut simile quippiam.

σαλαμάνδραν ζωγραφοῦσιν) De hac Plin. lib. 10. cap, 66.

ἀσπάλακα ζωγραφοῦσι) Talpis visum non esse, oculorum tamē inesse effigiem, si quis prætentam detrahat membranā, autor Plin. lib. 11 cap. 37.

ἄνθρωπον διανθέντα ἀπὸ τοῦ διαίνειν, quod verbum interdum ἐξαπατᾶν, decipere & circumuenire notat.

φαγόντα κόνυζαν.) De qua Dioscorides lib. 3, cap. 116.

ἄρκτον ἐγκυμονοῦσαν) Plin lib. 8. cap 36.

ἐλέφαντα καὶ κριὸν) Vetus interpres pro ἐλέφαντα legebat ἔλαφον sicut & paulo pòst, vbi de dentibus elephanti fit mentio.

ἀδίαντον τὴν βοτάνην) Ea est quæ vulgo capillus Veneris dicitur, inde nomen nacta, quòd foliū eius aqua perfusum οὐ διαίνε-

Universidad de Deusto Biblioteca

ται non madeat, sicco semper simile. De hac Dioscor. lib. 4. cap. 120.

διὸ καὶ κάμμορος λέγεται) Quidam legunt κάμμυρος, quod in idem recidit, ἀπὸ τοῦ κάμπτειν τὸν μηρόν.

οἰνοβαρὲς κυνὸς ὄμματα ἔχων, κραδίην δ᾽ ἐλάφοιο) Homerus Iliad. α. Verba sunt Achillis Agamemnoni conuiciantis. Hessus ita vertit:

Ebriè, victe mero, vultu distorte canino,
Qui trepidum pauidi cor habes timidißime cerui.

λάμειαν ἔχοντα) Lego λαίμιαν, ἀντὶ τῆς λαιμαργίαν.

στρουθίον πυργίτην) De hoc passerum genere vide apud Paulum AEginetam lib. 1.

στρουθοκαμήλου πτερὸν) De Struthocamelo, quae auium maxima est, Plinius initio statim libri 2.

Atque hic nostrarum Obseruationum finis sit. Quas, etsi nõ ipsis omnia quae in hoc autore mutila erant loca restituimus, eo tamen nomine boni, Lector consules, quòd non totum librum primũ vetus exemplar habuerit, & Venetianum exemplar, vnde haec primum transcripta sunt, multis scatebat mendis: atque haud scio an paucioribus, quàm iam à multis annis hic typis mandatum fuerat. Tu interim bene vale, & his fruere.

Excudebat G. Morelius Iacobo Keruer, Lutetiae Parisiorum, M. D. LI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca